This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Ga
85
70

Ga 85.70

Harvard College Library

FROM

Kiel University.

17 Nov. 1886.

Philol
Ep. 85.7

QUAESTIONES APPIANEAE.

Dissertatio inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores rite capessendos

conscripsit

et una cum sententiis controversis

die IV mensis Martii anni MDCCCLXXXVI

hora XI in aula academica minore

publice defendet

Arthurus Zerdik

Gollnoviensis.

Adversarii erunt:

Theodorus Gerber, cand. phil.
Christianus Harder, cand. phil.
Eduardus Weede, cand. phil.

Kiliae
Ex officina H. Fiencke
MDCCCLXXXVI.

Ga 85.70

RICHARDO FOERSTER

THEODORO PLUESS

sacrum.

I. De Appiano Herodoti imitatore.

Appianus Alexandrinus eis temporibus fuit quibus nemo scriptor bene scribendi laudem sperare poterat quin, quamvis suo ipsius ingenio confideret, studium et operam in eo collocasset ut auctorum veterum in suo scribendi genere principum elocutionem atque artem probe cognosceret atque tectius apertiusve imitaretur. Quam rem ut minime celare studebant, ita ne poterant quidem, cum haberent conscios illa aetate quasi penitus litterata tot homines eruditos qui a pueris eisdem grammaticorum et rhetorum scholis et disciplinis instituti eisdem studiis et litteris faverent. Immo optabant ut ipsorum opera et doctrina a lectoribus eruditis agnoscerentur. Nam his illi plaudebant. Itaque iniustius esse nihil potest quam si quis tales imitationes furta appellare malit, quod simili in re olim Fulvius Ursinus fecit, cum librum in quem Vergilii imitationes maxime Homericas congesserat, de »furtis Vergilii« inscriberet haud secutus aequius iudicium Macrobii atque curam (Sat. l. V). Nam et Vergilius id spectavit ut ei Romani qui graecis litteris imbuti essent — atque multi erant — delectarentur, cum multos locos Homericos latinis versibus expressos apud poetam suum quasi alterum Homerum agnoscerent, et posterioris aetatis scriptores graeci id studuerunt, ut auctores veteres saepe imitando exprimerent atque lectoribus doctis sua illa studia probarent.

Imprimis vero a scriptoribus tunc postulabatur, ut attice scriberent — nisi ionicam dialectum iam pridem mortuam excitare malebant — et elocutionem a vulgari sermone, quoad eius fieri posset, remotam informarent ad puri atticismi elegantiam, qualis in libris Thucydidis, Platonis, Demosthenis inveniebatur. Cui studio grammaticos lexicis et artis attice scribendi commentariis subvenisse apertum testimonium

habemus apud Dionem Cassium 55, 12 *καὶ τῶν Ἑλλήνων δέ τινες ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν ἀναγιγνώσκομεν.*[1])

Iam vero qui ad historiam conscribendam aggrediebantur, eis Herodotus Thucydides Xenophon ad imitandum propositi erant, quos pro suo quisque arbitrio sequebantur.

Quod imitandi studium ut, ubi modum excedebat, iam tunc vituperabatur — castigavit enim Lucianus lepidissime eos qui Herodoti aut Thucydidis vestigiis ridiculum in modum insisterent eosque paene ad verbum exscriberent[2]) — ita ubi modicum et cautum erat, laudabatur ab omnibus, siquidem etiam apud Plutarchum, quamvis *τὴν περὶ λέξιν ἀμιλλαν* contemnat (Nic. 1), multae locutiones et aliae et Herodoteae inveniuntur. Quamvis enim ut Boeotus Herodoti Atheniensium laudatoris fidei et auctoritati obtrectaret,[3]) tamen ut qui Herodoti Musas bene nosset, impedire non poterat quominus eiusdem simplex et pulcra narrandi ars in ipsius memoriam nollet vellet penitus insinuaret et in dicendi usum hic illic irreperet. Neque enim ullo modo probabile est scriptores illius sequioris aetatis, cum voces aut locutiones aut sententias usurparent quae certi cuiusdam scriptoris veteris propriae essent, semper memoria tenuisse, cuinam illae deberentur. Saepe ne conscios quidem eos sibi fuisse imitationis manifestum est. Nam quemadmodum nos quoque ex nostris poetis et scriptoribus lectis saepissime voces et locutiones adhibemus, cum ne suspicemur quidem, cuinam illas debeamus, eundem ad modum illi ex consuetudine antiquos scriptores legendi multa promp-

---

[1]) Velut Phrynichi ille qui aetatem tulit liber. Cf. Bernhardy gr. Lit I[4] 600. 618. — Bene illustrantur illa studia Luciani dialogis Soloecista (LXXVI) et Lexiphane (XXXIV); cf. etiam Quom. hist. conscr. (XXV) § 21 *ὑπὸ γὰρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι καὶ ἀποκεκαθάρθαι τὴν φωνὴν ἐς τὰ ἀκριβέστατα* (irridetur iste qui Saturninum *Κρόνιον* vocet et Frontonem *Φρόντιν*.)

[2]) Liceat mihi ex illo faceto libello (Hist. conscr.) pauca afferre: § 15 *ὅρα γάρ· Κρηπερήιος Καλπουρνιανὸς Πομπηιουπολίτης συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνιστορέοντος.* v. Thuc. I 1. De Herodoto vero § 18: *καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου ὅσιον ἀπομιμήσεσθαι, ὃς τοιόνδ' ἀρχὴν ἤρξατο· ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων* (v. Hdt. I 5.) *καὶ μικρὸν ὕστερον· ἔδοξε γὰρ Πέρσῃσι γενέσθαι κακῶς·* (H. I 8 IX 109) *καὶ πάλιν· ἦν Ὄσιρόης τὸν οἱ Ἕλληνες Ὄξυρόην ὀ ν ο μ ά ζ ουσι* (v. Hdt. I 7: *ἦν Κανδαύλης τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀ ν ο μ ά ζ ουσι*).

[3]) Arist. 19 et in libro *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας*, quem vere Plutarchi esse argumentis nuper evicit G. Lahmeyer, negavit Majchrowicz (Lemberg 1881), denuo probavit Holzapfel (Philol. 42, 23–53).

serunt, singulorum auctorum item nescii. Tum vero multae illarum vocum propter continuum usum in communem sermonem si non omnium, at certe eruditorum hominum venerant et publici iuris factae erant. Quod neque quidquam miri habet, quoniam summo studio in grammaticorum ludis et rhetorum disciplinis et sophistarum declamationibus (λαλιαῖς et ἐπιδείξεσιν) veterum litterae et eloquentia colebantur, et hodie in multis poetarum nostrorum vocibus similis res est. Accedit quod etiam siqua singularis locutio ex totis litterarum monumentis non reperiatur nisi semel apud certum aliquem veterem scriptorem, semel apud recentiorem, ne tum quidem contendere licet hunc ex illo sua hausisse, quem fortasse ne legerat quidem, quoniam et casu multa fiunt et ex omnibus veterum scriptis minima tantum pars aetatem tulit et ex grammaticorum libris multa provenerunt.[1])

Itaque si inter duos scriptores longo temporum intervallo distantes paucae similitudines aut in verbis aut in rebus inveniuntur, recentiorem cognovisse veterem inde quidem non probatur; si plures: legisse sequitur; si plurimae: lectitasse imitandi studio tum demum contendi et potest et debet.

Haec praefari volui, priusquam — quod mihi propositum est — demonstrarem, quatenus Herodotum imitatus esset Appianus.

Atque Appianum Herodoti imitatorem fuisse primus quod sciam diserte dixit I. Schweighaeuser, sospitator ille Appiani, sed non multis exemplis probavit, quamquam si voluisset facile potuit vir ille doctissimus, quippe qui praeter Appianum (1785) (et Polybium cum lexico (1795) et lexicon novi testamenti) etiam Herodotum (1816) cum lexico (1824) edidisset. Identidem autem monuit »Herodotei

---

[1]) Cf. Bernhardy gr. Lit. I[4] 639 (§ 85): Die Nachahmungen aber sind grösstenteils(?) Reminiscenzen aus den Apparaten der Sophistik, die mit χρῶ und entgegengesetzten Formeln stets den Schönschreiber bearbeiten, oder aus den von Dio berührten phraseologischen Büchern . . . . bei den Klügern wie Goldfäden . . . . während Manieristen wie Aelian damit die Gedanken über Wasser halten.« . . . Tamen nimium hoc iudicio illis libris tributum esse mihi quidem videtur. Ac ne de Aeliano quidem concesserim illud, siquidem multas imitationes Herodoteas recte Fr. Jacobs in editione animalium historiae (a. 1832) passim detexit, quas etiam augeri large posse credo. Quod autem F. Rudolph in dissertatione Lipsiensi (de fontibus qu. Ael. in varia hist. comp. us. s.: Leipz. Stud. VII.) demonstrasse videtur Aelianum non ex Herodoto aliisque veteribus, sed ex Athenaeo, Favorino, aliis recentissimis auctoribus historias hausisse, nihil obstat quominus putemus stili excolendi causa Herodotum lectitatum esse ab eo qui ut μελίγλωσσος vocaretur consecutus est.

stili et Thucydidei frequentem imitatorem« esse Appianum (cf. Vol. III p. 110, 112, 390, 429, 431, 558). Tum[1]) nuper Cobet in Mnemosynae vol. X. p. 235 his fere verbis idem exposuit »Appianus imitatur saepe Thucydidem et Demosthenem, saepius Herodotum ... non putide et pueriliter haec imitatur, sed quae longo usu imbiberat, utitur pro suis.« Cuius rei quae exempla tum de rebus tum de verbis attulit, infra in loco iterum exhibebo auctore nominato. Reliqua investigare supersedit, sed »iuniorum studio commendavit.« Quorum ego primus, nisi interim alii ad idem se accinxerunt, Foersteri V. D. consilio et auctoritate illa quam vere dicta sint nunc argumentorum et exemplorum copia demonstrare conabor, ut de Appiano idem pro certo constet quod de Pausania[2]) et Arriano[3]) iam copiose demonstratum est, de aliis probari potest.

Atque Appianum vel natura ingenii et inclinatione animi ad Herodotum propendisse inde colligere aliqua ex parte licet, quod historiam non ita scripsit, ut temporum rationes enuclearet et rerum nexum atque causas investigaret — quod ut faceret, indoles fortasse ne sufficiebat quidem — sed quod scribendo non magis rebus quam legentibus consulere voluit ita ut et prodesset et delectaret,[4]) cum

---

[1]) De quibusdam locutionibus etiam alii occasione data dixerunt: iam Valckenaer ad Hdt. 9, 69 de *καπήραξαν ἐς τὰς λέτρας*, Wesseling ad Hdt. I 73 de *ἄκρος ὀργήν*, K. W. Krüger ad Hdt I 66 de *ἀνά τε ἔθρεμον*. Etiam Mendelssohn in edit. App. (1879—1881) in adn. crit. identidem Herodoteas locutiones notavit.

[2]) Post Siebelim qui in editione Paus. multa collegerat: Pfundtner Paus. perieg. imitator Herodoti. diss. in. Regimonti 1866. Cf. Osw. Storch Syntaxeos Pausaniae Pars I. diss. in. Vratislaviae 1869. Id: syntaxis Paus. Waldenburg 1872. Wernicke Paus. imit. Herod. diss. in. Berolini 1884.

[3]) Grundmann: Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur. Diss. in. Lipsiens. Berolini 1884 post dissertationes Meyeri »de Arriano Thucydideo.« Rostochii 1877 et Renzii »Arr. quatenus Xenophontis imitator sit.« Rostochii 1879.

[4]) Illustris locus est Bell. Civ. IV 36 (p. 963,10 sqq. ed. Mend.): *ὅσα δὲ ἐκ παραλόγου τισὶν ἐγίγνετο* (sc. proscriptis a III viris) *ἐς τε τὴν σωτηρίαν αὐτίκα καὶ ἐς ἀξίωσιν ὕστερον, ἐμοί τε ἥδιον εἰπεῖν καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὠφελιμώτερον ἐς μηδὲν ἀποκάμνοντας ἐλπίζειν περιέσεσθαι.* In extremis verbis quae studio antitheseos formandae valde contorta sunt, iudice Mendelssohnio recte offendit Schweighaeuser, Mend. ipse coniecit *ἐς (τὸ) μὴ ἀποκ.* Sed *ἐς* cum *μηδὲν* coniungendum est atque vertendum: »nullam in partem desistentes sperare salutem«. Articulus autem omissus est sicut in simili loco 941,25 sqq.: *προύκειντο ἐς θάμβος καὶ δυσελπιστίαν μηδένα ῥύσεσθαί τινα προσδο-*

insignia virtutum et vitiorum exempla quibus Romana historia abundabat, ubicunque occasio dabatur, disertis verbis illustraret; [1]) cum suae aetatis pacem atque tranquillitatem — florebat enim Traiano, Hadriano, Antonino imperatoribus — prae seditionibus atque terroribus rei publicae nomine liberae laudaret; [2]) cum divinum numen humanas res administrans pio animo induceret; [3]) cum orationibus animos cogitationesque hominum de quibus narrabat bene exponeret, cum — atque id ad consilium et ordinem totius operis pertinet — quae quisque populus gessisset et passus esset, seorsim describeret (cf. praef. c. 12—13). Ad ipsum enim hoc Appiani consilium, ut res gestas *κατ' ἔθνος ἕκαστον* narraret, quanquam alias causas ipse exposuit, etiam Herodoti exemplum et auctoritas aliquam vim habuisse mihi videtur, siquidem etiam Dionysius Halicarnassensis hoc Herodoti proprium [4]) — quamvis aberrans a vero — esse credidit. Videamus ex illa praefatione pauca verba: c. 12. 13 (p. 12, 7—13

κἂν, ubi ne Mendelssohn quidem coniecit *(τοῦ) μηδένα*, quanquam aliis locis hoc remedium in adn. crit. proposuit, velut 1135,6.

[1]) Cf. B. C. V 113 (p. 1156,4) *καί μοι τοῦτο ἀναμνῆσαι νῦν ἔδοξεν ἐς ζήλωμα τῆς Ῥωμαίων ἀρετῆς, ὅπου Μεσσάλας...* B. C. I 6 (p. 570,10) *ταῦτα .. συνέγραψα ... ἀξιοθαύμαστα ὄντα τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν φιλοτιμίαν ἀνδρῶν ἄμετρον καὶ φιλαρχίαν δεινὴν καρτερίαν τε ἄτρυτον καὶ κακῶν ἰδέας μυρίων* ... cf. Praef. c. 12. Sed in vitiis Romanorum ducum vituperandis modum tenet, si senatus populusque Romanus illos, ut solebat, inultos impunitosque siverat. Itaque quod T. Didius in Hispania multa milia Celtiberorum cum feminis liberisque nefanda perfidia trucidaverat, Appianus indignationem tantum his verbis ostendit: *καὶ ἐπὶ τοῖσδε Δείδιος μὲν καὶ ἐθριάμβευσε* (Hisp. c. 100 p. 145,6). De Galba autem qui idem scelus commiserat dicit: *ἀπιστίᾳ μὲν ἄρα ἀπιστίαν μετιών, οὐκ ἀξίως δὲ Ῥωμαίων μιμούμενος βαρβάρους* (109,21).

[2]) Cf. Bell. Civ. IV 16 (p. 945,2 sqq.) *ἀλλὰ τὴν δυνατωτάτην καὶ τοσούτων ἐθνῶν καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἡγεμονίδα διέσειεν ὁ θεός, ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν.... πολλὰ δ' ἐστί* (sc. proscriptionum terrores) ... *ὀλίγα δ' ἐγὼ ... ἐς πίστιν ἑκάστης καὶ ἐς εὐδαιμόνισμα τῶν νῦν παρόντων ... ἀναγράψω.* Appianum igitur monarchiae fuisse laudatorem vel ex his verbis apparet. Quibuscum optime conveniunt quae B. C. IV 133 p. 1051,1 sqq. legimus: *ἦν τε πρόφασις αὐτοῖς ... οὐχ ὑπὲρ δημοκρατίας, ὀνόματος εὐείδους μὲν ἀλυσιτελοῦς δὲ ἀεί.* Appianus quo erat animo et iudicio quin sic scripserit, non est quod dubitetur, quanquam *οὐ λυσιτελοῦς* coniecit Schweighaeuser et Mendelssohn quoque dubius haeret cum ad *οὐ λ.* adnotat »vix recte.«

[3]) V. pg. 10 sq.

[4]) D. H. de Thuc. iud. 4.826: *οὔτε γὰρ τοῖς τόποις, ἐν οἷς αἱ πράξεις ἐπετελέσθησαν, ἀκολουθῶν* (sc. Thuc.) *ἐμέρισε τὰς διηγήσεις, ὡς Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑλλάνικος ... ἐποίησαν ...*

ed. M.) . . . *βουλομένῳ τὰ ἐς ἑκάστους ἔργα Ῥωμαίων καταμαθεῖν ἵνα τὴν τῶν ἐθνῶν ἀσθένειαν ἢ φρεπονίαν καὶ τὴν τῶν ἑλόντων ἀρετὴν ἢ εὐτυχίαν ἢ εἴ τι [αὖ][1] ἄλλο συγκύρημα συνηνέχθη. καταμάθοιμι. νομίσας δ' ἄν τινα καὶ ἄλλον οὕτως ἐθελῆσαι μαθεῖν τὰ Ῥωμαίων, συγγράφω κατ' ἔθνος ἕκαστον.* Huius vero opinionis illi qui nostris temporibus historiam profitentur, non habuerunt rationem, contra certatim vituperaverunt eum »qui ipsarum rerum nexum pravo consilio discidisset« [2]). Sed quamvis illi Appiano obtrectent, ut qui in rebus geographicis et chronologicis nullus sit neque audiendus, nisi cum ab omnibus aliis auctoribus destituti simus (Niebuhr), quamvis, dico, illi suo iure obtrectent Appiano ut historico, Appiano ut homini et humanarum rerum scriptori nihil detrectant laudis. Itaque qui prae nonnullis vitiis virtutum scriptoris non obliviscitur, is non potest non agnoscere Photii iudicium hoc: *Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττος καὶ ἰσχνός, τὴν δ' ἱστορίαν ὡς οἷόν τ' ἐστὶν φιλαλήθης . . . ἐπᾶραί τε λόγοις τεταπεινωμένον φρόνημα στρατοῦ, καὶ διαπραῦναι φλεγμαῖνον καὶ πάθος δηλῶσαι καὶ εἴ τι ἄλλο λόγοις ἐκμιμήσασθαι ἄριστος.* Ieiunitatis quidem in vitium saepius incurrit sed non in orationibus, neque ita ut totum scribendi morem damnare liceat tanquam »insolentem et perversum.« [3]) Quantam curam et diligentiam in narrando posuerit Appianus, documento sunt multae orationes bene compositae, quarum aliae Herodotum, aliae Thucydidem aut Demosthenem redolent; documento est hiatus vitandi studium, de quo in altera huius dissertationis parte copiose disseram; documento sunt imitationes cum aliae tum Herodoteae, de quibus nunc iam sum acturus.

Atque hanc ad rem comprobandam plurimum valere, si imitationes sententiarum et integrorum locorum detegi possint, consentaneum est. Ab his igitur initium capiam. Nam quae huius generis apud Appianum inveni, sane sunt gravissima. Comparationes autem

---

[1]) Mend adn.: »αὖ Bekk ἂν O. om. V beneque abesse poterit.« Et debebit, ne hiatus admittatur.

[2]) Mend. praef. t. I p. VII.

[3]) Mendelss. praef. t. I p. XXVI:. »tam insolenti enim ac fere perverso hic utitur dicendi genere ut . . (»excusat suarum tria milia coniecturarum)« Id. pg. VII: »in scriptore nec ab arte nec ab ingenio valde commendabili«. Cf. simile iudicium Westermanni in Paulyi Realenc. Quibus oppono verba Bernhardyi (l. d. p. 619) »Einfachheit des Vortrages und ein reiner Ton der Erzählung, der beim Arrian und Appian gefällt.«

ita instituam ut ipsis Appiani et Herodoti verbis iuxta positis demonstrem, quae huic ille debeat. Conferantur igitur velim:

App. Pun. 27 (p. 215, 18 sqq.):

Σκιπίων δὲ ἤρετο Σύφακα· »τίς σε δαίμων ἔβλαψε φίλον ὄντα μοι καὶ ἐπὶ Λιβύην ἐλθεῖν προτρέψαντα ... μετὰ Καρχηδονίων ἀντὶ Ῥωμαίων ἑλέσθαι πολεμεῖν;« Ὁ δ' εἶπε· »Σοφωνίβα Ἀσδρούβου θυγάτηρ, ἧς ἐγὼ ἤρων ἐπ' ἐμῷ κακῷ... ... αὕτη με καὶ ἐκ τῆς ὑμετέρας φιλίας ἐς τὴν ἑαυτῆς μετέθηκε πατρίδα καὶ ... κατέβαλεν. σοὶ δὲ παραινῶ (χρὴ γὰρ ὑμέτερον γενόμενον καὶ Σοφωνίβας ἐπηλλαγμένον νῦν γε ὑμῖν εἶναι βέβαιον)· φύλασσε Σοφωνίβαν μή...

Hdt. I 87 sqq.:

Κῦρον ... εἴρεσθαι τάδε· »Κροῖσε, τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε ἐπὶ γῆν τὴν ἐμὴν στρατευσάμενον πολέμιον ἀντὶ φίλου ἐμοὶ καταστῆναι;« Ὁ δὲ εἶπε· »Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ ταῦτα ἐπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, τῇ ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ. αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεὸς ἐπαείρας ἐμὲ στρατεύεσθαι...« ... »ἐπεί τε με θεοὶ ἔδωκαν δοῦλόν σοι... δικαιῶ εἴ τι ἐνορέω πλέον σημαίνειν σοι.. νῦν ὦν ποίησον ὧδε...: κατίσον ... φυλάκους...

Si cui ullus dubitationis scrupulus resideat num re vera Herodoteus ille locus Appiani animo obversatus sit, is hisce verbis convincatur necesse est: (c. 28 p. 216, 9 sqq.) *ὁ δὲ Σκιπίων Σύφακα μὲν συνετόν τε φαινόμενον καὶ τῆς χώρας ἔμπειρον ἐπὶ τὰ κοινὰ ἐπήγετο καὶ γνώμης καὶ συμβουλῆς μετεδίδου, οἷόν τι καὶ Κροίσῳ τῷ Λυδῷ Κῦρος ἐχρῆτο.*

Sed Herodoti nomen neque hic neque usquam alibi Appianus prodidit. Haec autem verba eo memorabiliora sunt, quod Appianus studio imitandi etiam videtur pellectus esse ut fidem historicam violaret. Nemo enim alius scriptor quidquam de tali amicitia consiliisque Syphacis tradidit, immo constat cum paullo postquam captus est in Italiam a Laelio cum aliis captivis transportatum esse; (cf. Liv. XXX 16 *Scipio C. Laelio cum Syphace aliisque captivis Romam misso...*) et Appianus ipse illius amicitiae brevi obliviscitur cum eodem capite 28 (p. 217, 3) narret *ἀχθέντος δ' ἐς Ῥώμην τοῦ Σύφακος... ὁ δὲ ὑπὸ λύπης ἀπέθανεν* cf. Pol. 16, 23, 6 Liv. XXX 45. Nullam igitur fidem habet illud Appiani commentum, quod ad Croesi exemplum finxisse videtur.

Atque tota illa de Croeso historia quam Herodotus tam prae-

clare narravit, ut nemo, qui unquam eam legit, facile obliviscatur, etiam Appiani memoriae penitus inhaesit.

Nam etiam ex I 91. 86. 45 imitationes hausit:

Syr. 58 (p. 429, 20):

Magi coram Seleuco rege cum Seleuciam urbem contra ipsorum voluntatem condidisset, quia divinum numen ipsorum dolum frustratum est, deprecantur sic:

» τὴν πεπρωμένην, ὦ βασιλεῦ, μοῖραν. χείρονά τε καὶ κρείσσονα, οὐκ ἔστιν οὔτε ἀνδρὸς οὔτε πόλεως ἐναλλάξαι. μοῖρα δέ τις ... δειμαίνοντες δ' ἡμεῖς ... παρεφέρομεν τὸ πεπρωμένον. τὸ δὲ κρεῖσσον ἦν καὶ μάγων παιουργούντων καὶ βασιλέως ἀγνοοῦντος αὐτό ...

... ἡ μὲν δὴ πόλις σοι γέγονε σὺν τύχῃ .... σὺ δὲ ἡμῖν ... τὴν συγγνώμην βεβαίου.

ταῦτα τῶν μάγων εἰπόντων ὁ βασιλεὺς ἥσθη καὶ συνέγνω.

Τοιάδε μὲν ἐπυθόμην περὶ Σελευκείας.

Hdt. I 91:

Croesi legatis, per quos Apollini exprobraverat, quod ipsum ad Persarum bellum induxisset, Pythia sacerdos respondet his verbis:

» τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. Κροῖσος δὲ ... ... προθυμεομένου δὲ Λοξίεω ὅκως ... οὐκ οἷός τε ἐγένετο παραγαγεῖν μοίρας ... τῆς πεπρωμένης.

(III 65: δείσας δὲ μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχήν ... ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηίῃ φύσι οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίγνεσθαι ἀποτράπειν· ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ... τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξεργασταί μοι, οἱ δὲ ὑμῖν μάγοι ...

ὁ δὲ ἀκούσας συνέγνω ἑωυτοῦ εἶναι τὴν ἁμαρτάδα ..

Καὶ μὲν δὴ τὴν Κροίσου ἀρχὴν ... ἐσχε οὕτω.

Tota autem haec magorum oratio non in sententiis solum, sed etiam in dicendi genere est Herodotea. Nam cum orationum Herodotearum id sit proprium, ut locis communibus sententiisque refertae sint, multae interrogationes accedant, singula cola paratactice per μέν. δέ. τε. καὶ coniungi inter se soleant, haec omnia affatim hic inveniuntur. Longior est oratio quam ut ad verbum describatur, sed quasi schema liceat proponere. Nam sedecim cola paratactica habet quae per se stare possint, cum vix uuam paginam compleat, hoc ordine: τὴν πεπρ. | μοῖρα δὲ | καὶ τήνδε μὲν | δειμαίνοντες δ' ἡμεῖς | τὸ δὲ κρεῖσσον ἦν | τοιγάρτοι | καὶ | αὐτός τε γὰρ ... καὶ | καὶ ... οὐκ | ἀλλ' οὐδὲ ... ἀλλ' | καὶ κελεύσαντος δὴ | διόπερ | τί ἂν οὖν; | ὃς | ποῖ

γάρ; | ἡ μὲν δη | σὺ δὲ... | Hac cum oratione si quis unam ex ceteris quas Appianus composuit comparaverit, statim sentiet non Appianum ipsum nativo sermone hic loqui, sed ut prudentem Herodoti imitatorem. Itaque longe arcendus est is error, quasi unam alteramve locutionem de Herodoto Appianus arripuerit ut suum sermonem adornaret, sed Herodotei stili proprietates, describendi nativam artem penitus imbibit inque sucum et sanguinem receptas sapienter usurpavit maxime eis locis qui non tam ad res gestas enarrandas quam ad descriptiunculas et orationes ornandas servirent. Nostro vero loco praeter verborum et sententiarum similitudinem, imitatio eo certior est, quod nisi Herodoti Appianus meminisset, ex argumenti narrati ratione occasio vix dabatur talis orationis inserendae: παρενθήκη enim est illa de Seleucia condita narratio, quae incipit a verbis φασὶ δὲ αὐτῷ. Neque vero inutile est animadvertere, quam simpliciter et similiter post utramque orationem finis imponatur narratis: (Κροῖσος) ἀκούσας συνέγνω ἑωυτοῦ ...: Ταῦτα ... εἰπόντων ὁ βασιλεὺς ἥσθη καὶ συνέγνω. Deinceps κατὰ μὲν δὴ τ. Κρ. ἀ. ἔσχε οὕτω: Τοιάδε μὲν ἐπυθόμην π. Σ. Verbis autem Σελεύκῳ δὲ ad alteram narrationem transit, de qua postea dicam.

Atque locis illis Herodoteis I 91. III 65 addam etiam IX 16: ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Quas sententias quo modo etiam Pausanias imitatus sit, Pfundtner l. l. exponit pgg. 10 sqq. Omnino valde consentiunt Pausanias et Appianus in eo ut eandem fere de dis et fato opinionem quam Herodotus habeant. Quam ex Herodoto oriundam esse etiam si quis negaverit, quod de summis rebus opiniones e legendis scriptoribus nasci non deberent et quod totius saeculi illius superstitio ad talia inclinavisset: tamen nemo negare poterit utrumque in pronuntiandis illis opinionibus saepe expressisse verba Herodoti. Ut igitur pergam in hac re de Appiano demonstranda, primum consideretur singularis vis et significatio verborum ἔδει et χρῆν his in exemplis:

Pun. 122 (p. 309, 12):	Hdt. V 33:
... ὡς τοὺς Καρχηδονίους. εἰ αὐτίκα... ἐπέθεντο. .. ἂν κρατῆσαι. νῦν οὖν (ἁλῶναι γὰρ ἔδει Καρχηδόνα) τότε μὲν ἐς μόνην ἐπίδειξιν ἐπέπλευσαν...	ὡς ἐντεῦθεν ... ἐς τὸν Νάξον διαβάλοι. καὶ (οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίους ἀπολέσθαι) πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι.

cf. Hdt. IX 109 τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι et II 161. IV 79. VI 135. VIII 53.

B. C. II 116. p. 801, 8: *ἐσήει τῶν ἱερῶν καταφρονήσας· χρῆν γὰρ ἃ ἐχρῆν Καίσαρι γενέσθαι.*

Hdt. I 8 (Cobet Mnem. X): *χρόνου δὲ διελθόντος· χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς· ἐλέγε...*

De hoc genere pleonasmi qui inest in verbis *χρῆν ἃ ἐχρῆν* v. Krüger ad Hdt. II 49 *(ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι)*. Apud multos enim scriptores invenitur, Appian. p. 821, 8 exstat *ἔπαθεν οἷα ἔπαθεν.* 580, 19 *κρίναντες ὅσα ἔκριναν.* Nauckii autem coniecturam: *χρῆν γὰρ τὸ χρεὼν...* vix quisquam probabit, quanquam Hdt. VII 17 *ἀποτράπων τὸ χρεὼν γενέσθαι* legitur. Quomodo servum pecus imitatorum expresserit ad verbum hac in re Herodotum, Lucianus l. l. narrat. Quantum absit ut in istud putidae imitationis vitium Appianus incurrat, locutiones modo laudatae sunt testimonio.

Quae adhuc exempla attuli, erant de caeco fatalis necessitatis numine; ceteris autem locis Appianus illud divinum numen nomine *τὸ δαιμόνιον* aut *(ὁ) θεός* significat, quod et futura saepe portendat et felicibus invideat et superbis irascatur et malos puniat et cuncta administret. Imitationes vero Herodoteae saepe patent. Sic

B. C. I 83 (645, 19): *Καὶ τάδε αὐτοῖς ἐδόκει καὶ τὸ δαιμόνιον ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ προσημῆναι.*[1] *δείματά τε γὰρ... καὶ... τήν τε γῆν ὁ θεὸς ἐπὶ μέγα ἔσεισε... καὶ.... πάντα δ' ἐδοξεν ἐς τὸ πλῆθος τῶν ἀπολουμένων καὶ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰταλίας προσημῆναι.*

Hdt. VI 27: *Φιλέει δέ κως προσημαίνειν ἐΰτ' ἄν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. τοῦτο μὲν... τοῦτο δὲ... ταῦτα μέν σφι σημήια ὁ θεὸς προέδεξε.* cf. VI 98. De Paus. VII 24, 7 v. Pfundtnerum p. 14.

Sed hoc exemplum cum minus valere possit quia Appianus de Romanorum opinione *(ἐδοξεν αὐτοῖς)* narrat, aliis augeatur velut 721, 18 sqq.: *τέρατά τε αὐτοῖς ἐπέπιπτε... καὶ σημεῖα οὐράνια· αἱμά*[2] *τε γὰρ ἐδοξεν ὁ θεὸς ὕσαι καὶ... ἄλλα τε πολλὰ.... προεσήμαινε τὴν ἐς ἀεὶ τῆς πολιτείας ἀναίρεσιν.* 1051, 17: *ἃ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς ἄρα ἐνεμέσησε καὶ προεσή-*

---

[1]) Locutio *τὸ δαιμόνιον προσημαίνει* non rara erat, cf. Plut. Nic. 1.

[2]) Cobeti coniectura *αἵματι γὰρ* iam a Schenkelio in Burs. Jahresb. XI refutata est; accedit quod *τε γὰρ* semper ita usurpatur, cf. 645, 20. 1051, 18. 935, 2.

μηνε πολλάκις· Κασσίῳ τε γάρ . . . cf. 1052,14. Alia νεμέσεως exempla sunt p. 29,9 θεὸς δ' ἐνεμέσησε τῆς μεγαληγορίας· 1167,14 sq. ζήλου δὲ αὐτῷ γέμοντι ἐπὶ τούτοις τὸ δαιμόνιον ἐνεμέσησε τοῦ ζήλου.[1]) Sed paullo maiora referamus:

Mac. 19. (p. 345,5 sqq.):

Ὅτι Παύλῳ ἐπ' εὐτυχίας τοσῆσδε γενομένῳ τὸ δαιμόνιον ἐνεμέσησε τῆς εὐτυχίας. καί οἱ (narratur L. Aemilio Paullo circa triumphi diem duos filios mortuos esse. Cum autem supremo imperii die acta rettulisset apud populum, postremo dixit . . . . ὀξέως ἁπάντων ἐπιτυχὼν δεῖσαι μή τι τῷ στρατῷ συμπέσοι πρὸς ὑμᾶς ἐπαινόντι »διασωθέντος δὲ τοῦ στρατοῦ περὶ ὑμῶν ἐδεδοίκειν« ἔφη· »φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων. ἐς ἐμὲ δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ κακοῦ . . . ἐπ' ἐμαυτῷ μέν εἰμι βαρυσυμφορώτατος, ἐπὶ δὲ ὑμῖν ἀμέριμνος.« ταῦτ' εἰπὼν καὶ καταθαυμαζόμενος ἐπὶ πᾶσιν, οἰκτιζόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

Hdt. III. 40:

(a Schweighaeusero vol. III 439 et a Cobeto coll.) ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν.

Hdt. I 120: νῦν δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ ἐννυπνίου ἐς φλαῦρον αὐτοί τε θαρσέομεν καὶ σοὶ . . .

Hdt. I 45 (Cob.) Ἄδρηστος δὲ . . . συγγιγνωσκόμενος ἀνθρώπων εἶναι τῶν αὐτὸς ἥδε βαρυσυμφορώτατος ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ.

Etiam haec igitur oratio prorsus est Herodotea, quam cum Liviana XLV 41. comparare iuvat. Nam ut argumento eadem, ita genere plane diversa est. Age vero etiam quae de morte Paulli Appianus narrat, quod mirum fortasse alicui videri possit, ad exemplum Herodoteum composita sunt. L. Paullum enim septem annis post illam orationem mortuum esse constat. Appianus autem ita narrat, quasi mors illam orationem brevi subsecuta sit. Cum igitur singulari voce βαρυσυμφορώτατος indicetur Adrasti orationem et mortem Appiano observatas esse, etiam finem narrationis ad Herodoti exemplum conformatum esse mihi persuasi. An non mirum est quod legimus: ταῦτ' εἰπὼν καὶ καταθαυμαζόμενος . . . οἰκτιζόμενος . . . μετ' οὐ πολὺν χρόνον (sc. ἑπτὰ ἔτεσιν ὕστερον) ἀπέθανεν?

---

[1]) Repetitum illud τοῦ ζήλου Mend. delere mavult, at cf. 29,9. 345,6. Locutio ipsa νεμεσᾶν τοῦ ζήλου nihil habet offensionis.

Atque ad Appiani de divino numine opinionem illustrandam etiam aliquot locos afferam, quibus quam similis sit Herodoteae apparcat: p. 188,12 *Θεὸς δέ μοι δοκεῖ τόδε Ῥωμαίοις ἀντιδοῦναι τῆς ἐπὶ Κόννας ἀτυχίας*... 898,12 *τοῦ δαιμονίου τὰ κοινὰ ἐς μεταβολὴν ἐνοχλοῦντος.* 757.3 *ἀλλὰ τάδε ᾠκονόμει Θεὸς*..... cf. Hdt. II 120 *τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος ὅκως πανωλεθρίῃ ἀπολόμενοι*... H. VIII 13 *ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν.* VII 18 *φθορή τις Θεήλατος.* VIII 137 *εἶπε Θεοβλαβὴς γενόμενος.* App. 398,12 *Θεοῦ βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμούς, ὅπερ ἅπασι προσιόντων ἀτυχημάτων ἐπιγίγνεται.* 752,18 *Θεοῦ βλάπτοντος ἤδη.* 756,23 *αὐτὸν*.... *Θεοβλάβεια δοκεῖ παραγαγεῖν.* 344,12 *πάλιν αὐτὸν ἐλαύνοντος Θεοῦ.* 748,12 *Θεοῦ σφᾶς ἐπὶ μετάνοιαν ἄγοντος.* cf. 156,5. 343,24. 347,22. 348,10. 349,3. 678,17. 747,20. 771,16. 908,3. 945,4. 1048,23. 1155,2. 1178,16. 1181,8.

De invidia deorum Appianum locum quendam Herodoteum in oratione L. Aemilii Paulli expressisse supra demonstravi. Alteram illius orationis partem ex Adrasti historia continere imitationes ibidem exposui. Sed eiusdem historiae etiam aliae quamvis parvae similitudines — ne dicam imitationes — agnoscendae sunt apud Appianum, quas nunc congeram:

Pun. 131. p. 318,16 sqq: *τὴν δὲ γυναῖκα τοῦ Ἀσδρούβου λέγουσιν*... *εἰπεῖν ἐς ἐπήκοον τοῦ Σκιπίωνος· »σοὶ μὲν οὐ νέμεσις ἐκ Θεῶν, ὦ Ῥωμαῖε· ἐπὶ γὰρ πολεμίαν ἐστράτευσας· Ἀσδρούβαν δὲ τόνδε*...

τοσαῦτ' ὀνειδίσασα κατέσφαξε τοὺς παῖδας, καὶ ἐς τὸ πῦρ αὐτούς τε καὶ ἑαυτὴν ἐπέρ-

(Hdt. I 34 *Μετὰ δὲ Κροῖσον οἰχόμενον ἔλαβε ἐκ Θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον*...) Hdt. I. 45: *εἰ δὲ οὐ σύ μοι τοῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ μὴ ὅσον ἀέκων ἐξεργάσαο. ἀλλὰ Θεῶν κου τις ὅς μοι καὶ πάλαι προεσήμαινε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Κροῖσος μέν νυν*... *Ἄδρηστος δὲ οὗτος δὴ ὁ φονεὺς ἐμέν.. φονεὺς δὲ* .... *ἐπείτε ἡ συχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγέ-*

B. C II. 145 (p. 828,25): *ἔοικεν τὰ γεγενημένα ἀνδρῶν μὲν οὐδενός, ἀλλά του δαιμόνων ἔργα εἶναι.* Pun. 104 p. 290,16: *δαιμόνιον*... *ὃ καὶ τῷ πάππῳ Σκιπίωνι προσημαίνειν ἐδόκει τὰ μέλλοντα.* — p. 318,14 (cod. cap. Pun.131): *οἱ αὐτόμολοι*.. *ᾔτησαν ἡ συχίαν σφίσι γενέσθαι*

ριψεν.[1]) Ὧδε μέν νετο περὶ τὸ σῆμα ... ἐωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ. φασι τὴν Ἀσδρούβα γυναῖκα .. ἀποθανεῖν. καὶ γενομένης Ἀσδρούβᾳ μὲν ἐλοιδορήσαντο .... τὸν δὲ νεῶν ἐνέπρησαν καὶ κατεκαύθησαν

ὁ δὲ Σκιπίων πόλιν ὁρῶν ... iam sequitur celeberrima illa de Scipione in Carthaginis ruinis maerente narratio, quae imitationis Herodoteae suspicionem ideo mihi movit, quia modo aliae, quas exposui, praecesserunt. Nam Croesi fortunam etiam hoc loco Appiani animo in narrando obversatam esse credo:

Pun. 132 p. 319, 5 sqq:

Ὁ δὲ Σκιπίων πόλιν ὁρῶν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασαν ... τότε ἄρδην τελευτῶσαν ἐς παντελῆ ὄλεθρον ἐσχάτην λέγεται μὲν δακρῦσαι, ἐπὶ πολὺ δὲ ἔννους ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενός τε καὶ συνιδὼν ὅτι καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἀρχὰς ἁπάσας δεῖ μεταβαλεῖν ὥσπερ ἀνθρώπους δαίμονα καὶ τοῦτ' ἔπαθε μὲν Ἴλιον, εὐτυχής ποτε πόλις, ἔπαθε δὲ[2]) ἡ Ἀσσυρίων κ. .... Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν .... « ...., ὀνομάσαι τὴν πατρίδα ὑπὲρ ἧς ἄρα ἐς τὰνθρώπεια ἀφορῶν ἐδεδίει. καὶ τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει. —

Hdt. I 86:

καὶ τὸν Κῦρον .. μεταγνόντα τε καὶ ἐννώσαντα ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἦν ἄλλον ἄνθρωπον, γενόμενον ἑωυτοῦ εὐδαιμονίῃ οὐκ ἐλάσσω, ζῶντα πυρὶ διδοίη, πρός τε τούτοισι δείσαντα τὴν τίσιν καὶ ἐπιλεξάμενον ὡς οὐδὲν εἴη ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλέως ἔχον.[3]) κελεύειν ... καταβιβ. Κροῖσον.

Hdt. I 5: τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν (ἄστεα), τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε ... τὴν ἀνθρωπίνην ὧν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν ταὐτῷ μένουσαν ...

Polybium igitur in re narranda secutus est, sed verba Appiani sunt et stilus Herodoteus. Similes de fortunae humanae vicissitudine sententiae apud Appianum etiam saepius occurrunt neque id per se Herodoteum est non accedente similitudine externa. Ea vero deprenditur:

---

[1]) Cf. Hdt. VII 107 de Boge: ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ ... καὶ ἑωυτὸν ἐτέρηλε ἐς τὸ πῦρ.

[2]) Cf. Hdt. VII 18: μεμνημένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον, ὡς ἐτρηξε, μεμνημένος δὲ τὸν ἐπ' Αἰθίοπας τὸν Καμβύσεω.

[3]) Cf. B. C. V 44 (1095, 6): ... ἄνθρωπον ὄντα καὶ τύχῃ χρώμενον οὐ βεβαίῳ ... πράγματι.

Pun. 81/82 p. 268,3 sqq:

. . . μέχρι καὶ Ῥωμαίους αὐτοῖς ἐπιδακρῦσαι. τοὺς δὲ ὑπάτους ἐσήει[1] *μὲν οἶκτος ἀνθρωπίνης μεταβολῆς . .*

Hdt. III 14:

δακρύειν μὲν Κροῖσον, δακρύειν δὲ Περσέων τοὺς παρόντας, αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἰκτόν τινα . . .

Ille autem de Psammeniti, hic de Carthaginiensium luctu planctuque narrat.

Sed missis iam divinis et humanis rebus grave argumentum proferam quo appareat etiam in aliis descriptionibus Herodoti imitatorem esse Appianum. Nam pulcerrimam illam nocturnae tempestatis apud Artemisium atque terroris descriptionem non praetermisit quin manifesto imitaretur:

B. C. V 117 p. 1159,1 sqq:

. . . ἄσκηνος ἐνυκτέρευσε. ὄμβρου τε πολλοῦ καταῤῥαγέντος, οἷος ἐν φθινοπώρῳ γίγνεται . . . ἐγένοντο δὲ καὶ βρόμοι τῆς Αἴτνης σκληροὶ καὶ μυκήματα μακρὰ καὶ σέλα περιλάμποντα τὴν στρατιάν, ὥστε τοὺς μὲν Γερμανοὺς ἐξ εὐνίων ἀναπηδᾶν ὑπὸ δέους, τοὺς δὲ . . . οὐκ ἀπιστεῖν ἐν τοσοῖσδε παραδόξοις ἐμπεσεῖσθαι σφίσι καὶ τὸν ῥύακα.

Hdt. VIII 12:

ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς[2] *Ἀφετάς . . . οἱ δὲ στρατιῶται . . . ἐς φόβον κατιστέατο ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέσθαι· ἐς οἷα κακὰ ἦκον . . . . ὄμβρος τε μάβρος καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ . . . . βρονταί τε σκληραί.*

Tempus anni, locus, pericula sunt diversa, verba ipsa dissimilia: tamen imitatio perspicua.

Has inveni apud Appianum maiores imitationes Herodotearum et orationum et descriptionum.[3] Sunt illae quidem non admodum

---

[1] *ἐσῆει* apogr. *ἐπῆει* V. vulgo. cf. *ἐσῆει* 600,19. 679,23.

[2] Cf 1004,13 *καὶ τὰ ναυάγια εἶδε μέχρι τῆς Μαγνητικῆς ἐκφερόμενα* cf. 1035,3,7. Hdt. VIII 76.

[3] Ne tamen talium imitationum solus fons Herodotus esse videatur, Thucydidem illam tempestatis descriptionem (II 84) Appianus B. C. V 89 (cf. IV 85) imitatus est: II 84: *ὡς δὲ τὸ πνεῦμα κατῆει . . . καὶ ναῦς τε νηὶ προσέπιπτε καὶ τοῖς κοντοῖς διωθοῦντο, βοῇ τε χρώμενοι . . . οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν . . . καὶ τὰς κώπας ἀναφέρειν ἔνθρωποι ἄπειροι τοῖς κυβερνήταις ἀπειθεστέρας τὰς ναῦς παρεῖχον*: p. 1135,10 sqq: *τὰς ναῦς . . . κοντοῖς ἐξεώθουν ἀπ' ἀλλήλων. τραχυτέρου δὲ τοῦ πνεύματος γενομένου*

multae nec paris momenti omnes, sed et plures et graviores quam quae apud Pausaniam aut Arrianum repertae sint.

Bene igitur habet. Iacta sunt fundamenta argumentationis atque ea quae contradicendo, quasi talia casui et fortunae debeantur, destrui iam non possint. Itaque iam confidentius licet pergere in protrahendis imitationibus.

Videamus nunc de ea quae ex toto scribendi genere eluceat imitatione. Atque cum supra (pg. 8 sq.) unam Appiani orationem in singula cola dirimerem, in illa monstravi quantopere stilum Herodoteum secutus sit, quam libenter *λέξιν εἰρομένην* usurpaverit. Quae quid sit neque verbis exponere neque exemplis probare opus est. Hac autem in re cavendum est, ne promptissima quaeque pro imitatis habeamus. Nam si duo scriptores id agunt, ut res gestas simpliciter et plane narrent, fieri non potest quin *λέξει εἰρομένῃ* usi multa simili modo narrent, cum alter alteri nihil aut non multum debeat. Itaque quae huius generis videntur esse, ego non afferam, nisi inde quod frequentissime apud utrumque occurrunt, similitudinem non fortuitam esse suspicari licet. Nam nisi gravissimis argumentis via iam munita esset, in talibus similis stili testimoniis nulla persuadendi vis inesset. Nunc vero etiam haec leviora adhiberi possunt, quae memor Ciceroniani illius praecepti inter graviora inculcabo.

Atque in adnectendis sententiis cum praecipuus et varius usus sit particularum *μὲν — δέ*, complura mihi genera ad Herodotum videntur esse referenda, quorum unum est anaphorica emphasis quam nonnulli vocant. Cuius vis in eo posita est ut una vox sive verbum sive nomen ita bis (vel ter) ponatur, ut primum cum *μέν*, deinde cum *δὲ* (tum iterum cum *δὲ*) coniungatur. Hunc usum si horum scriptorum proprium esse dicerem, inscitiae graecarum litterarum merito coarguerer — est enim etiam Thucydidis, Platonis, Xenophontis, aliorum, recentiorum vero paene omnium (Plutarchi, Aeliani, Luciani cet.) sed rarior quam Herodoti; cum autem etiam apud Pausaniam illum Herodoteum frequentissimus sit (cf. Pf. p. 21 sq.), id ipsum me commovit ut dignam haberem similitudinem, quae commemoraretur. Exempla nobis supra iam nonnulla occurrerunt: *φονεὺς*

συνεκέχυτο πάντα καὶ συνετρίβοντο αἱ νῆες . . . ἐς ἀλλήλους τινασσόμεναι. βοὴ τε ἦν παμμιγὴς . . . παρακελευόντων ἀλλήλοις ἐς ἀνήκοον· οὐ γὰρ κτλ. cf. p. 1007,8 sqq.: *οὔτε ἑαυτῶν βεβαίως ὑπὸ ἀηθείας οὔτε τὰς κώπας ἔτι ἀναφέρειν δυνάμενοι οὔτε τὰ ληθάλια ἔχοντες εὐπειθῆ συνεπράσσοντο.*

μὲν . . . φονεὺς δὲ Hdt. I 45. *δακρύειν μὲν . . . δακρύειν δὲ . . .* III 14. *μεμνημένος μὲν . . . μεμνημένος δὲ . . .* VII 18. Appiani: *ἔπαθε μὲν . . . ἔπαθε δὲ . . .* 319,17. *ψεύσασθαι μὲν . . . ψ. δὲ* 215,20. In pgg300—500 haec quattuordecim exempla inveniuntur: 311,20. 319,17. 320,22. 375,15. 418,26. 428,20. 432,11. 432,25. 435,24. 453,25. 469,25. 482,28. 496,26. 497,10

Sed non minus frequens genus repetitionis est id quo verbum primum solum ponitur, deinde cum *δὲ καὶ* coniungitur velut 745,1: *Καίσαρι . . . ὁ στρατὸς ἤδη παρῆν, παρῆν δὲ καὶ Πομπηίῳ*, cf. 900,7. 909,14. 917,3. 926,1. 949,1. 977,7. 998,2. 1004,20. 1027,5. 1034,2. 1035,9. 1049,25. 1050,12. 1063,20. 1079,24 . . . (Quanquam non omnes loci ita conspicui sunt ut 745,1). Hoc autem genus attuli, non ut Herodoteum esse contenderem, sed ut negarem .cum omnium scriptorum commune sit. e. g. Thuc. II 101,2. II 7,1. Miro enim errore apud Arrianum pro Herodoteo id Grundmann iudicavit, quia Herodotus scripsisset: VII 154 *ἐρρύσαντο . . . ἐρρύσαντο δὲ ἐπὶ τοῖσδε.* III 1 *αἴτεε . . ., αἴτεε δὲ ἐκ βουλῆς . . .* II 35 *ὑφαίνουσι· ὑφαίνουσι δὲ . . .* cet. Quae exempla prorsus diversa sunt. [1]) Appianus autem sic scripsit 64,7 *σπονδὰς ἔλυσαν . . . ἔλυσαν δὲ ἐκ τοιᾶσδε προφάσεως.* 845,7 *αἰτεῖν . . . στρατόν, αἰτεῖν δὲ οὐ παρὰ τῆς βουλῆς. ἀλλὰ . . .* Sed redeam ad usum particularum *μὲν — δέ*, qui frequentissimus est in sententiarum clausulis, ita ut per *μὲν* absolvantur quae modo dicta sunt, per *δὲ* ad nova transeatur. Appianus autem, cum etiam post parva intervalla illas usurpaverit et saepius quam alii ad *μὲν* adiunxerit *δή*, Herodoto quam aliis hac in re similior est. v. 522,26 *δι' ἐνύπνιον ὃ τοιόνδε ἦν.* decem post versus 523,9 *τὸ μὲν δὴ ἐνύπνιον ἦν τοιόνδε. Λευκόλλῳ δὲ . . .*

Hdt. I 101: *ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα. Βουσαί. Παρ., Στρ., Ἀρ., Β., Μάγοι. γένεα μὲν δὴ Μήδων ἔστι τοσάδε.* cf. II 164. 508,8 *σύμμαχοι δ' αὐτῷ προσεγίγνοντο χωρὶς τῆς προτέρας δυνάμεως Χάλυβες. . . .* (octo gentes). *τοσαῦτα μὲν ἐπὶ τοῖς προτέροις αὐτῷ περὶ τὴν Ἀσίαν προσεγίγνετο. περάσαντι δ' ἐς τὴν Εὐρώπην . . .* (septem gentes) . . . *τοσάδε μὲν δὴ καὶ τῆς Εὐρώπης τότε προσελάμβανε ὁ Μ.* cf. 755, 14/15. Hdt. VII 202. Sed cf. etiam Thuc. II c. 9., ne videar ad Herodotum referre quae eius non sint propria. Quam frequenter *μὲν δὴ — δὲ* usurpetur ut appareat, v. App. pg. 400,19.

---

[1]) Cf. Phil. Rundschau 1885 nr. 25, ubi R. Mückeum et haec et alia ex imitationibus Herodoteis apud Arrianum recte exemisse nuper vidi.

402,10. 409,1. 411,14. 412,22. 414,4. 420,1. 422,8. 427,23... Hdt. I 9. 10. 11. 14....

Maxime autem Appianus illud *μὲν δή* adhibuit, ubi finis et eventus alicuius rei indicanda erant, velut 57,25 *ὁ μὲν δὴ πρῶτος . . πόλεμος . . : ἐς τοῦτο ἐτελεύτα* cf. 102,11. 506,4. 591,11. Cuiusmodi clausulis Thucydidem imitatus est, cf. IV 48,5 *καὶ ἡ στάσις . . . ἐτελεύτησεν ἐς τοῦτο* II 47,1 *καὶ . . πρῶτον ἔτος τοῦ πολέμου . . . ἐτελεύτα.* Omnino iam pridem observatum est saepe in universa pugnas et bella describendi ratione Appianum secutum esse Thucydidem, et erraret si quis Appiano non lecto ex magna vi imitationum rerum verborumque hunc in libellum congesta concluderet etiam stili Herodotei, qui quidem in compositione verborum positus esset, continuam similitudinem patere crederet. Nam omnes illae Herodotei stili proprietates, quarum frequenti usu imitatores Herodoti deprehendi solent, cum *ἀποδόσεων* initia adverbiis et particulis *οὕτω δή, τότε δή, ἐνταῦθα δή*, aliis aut illo *δὲ ἀποδοτικῷ* multo saepius quam attici significent; explicationes parentheticas, anacolutha, nominativos participii absolutos, alia in deliciis habeant, quibus rebus tota elocutio loquentis quam scribentis similior fit: illa adeo raro apud Appianum occurrunt, ut de imitationibus nil certi possit affirmari. Solum illud *δὲ ἀποδοτικὸν* paullo frequentius invenitur (duodecies), ut operae pretium sit singulos locos enumerare: exstat enim I. *ὁ δὲ. οἱ δὲ:*

1. post genitivum participii absolutum: 361, 6 *ἐπιόντος δ' αὐτοῖς τοῦ Καίσαρος ὁδὸν ἀνάντη καὶ τραχεῖαν. οἱ δ' ἔτι μᾶλλον αὐτὴν ἐδυσχέραινον αὐτῷ.* Schweighaeuser *οἵδ'* scripserat, sed non recte cf. 443, 9. 542, 13. 599, 5. 739, 19. 778, 5. Etiam 362, 3 *ποιοῦντος δὲ κἀκείνοις ἤδη τοῦ τείχους οἵδ' ὑπετείχισαν ἔνδοθεν*: scribendum est *οἱ δ'*, quod Mendelssohn restituere casu omisit, cum *οἵ δ'* Schweighaeuseri coniectura sit. [1])

2. post *ὡς* c. indic. praet.: 470, 18. 1179, 26.

3. post *ἐπεὶ* 363, 14; post *ἐπείτε* 576, 25

II. *ἡμεῖς δὲ:*

265, 4 *εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἡ τοῦδε τοῦ πολέμου πρόφασις. ἡμεῖς δὲ . . . ἐξικηρύξαμεν*] *δὴ* coniecerat Schweighaeuser.

[1]) Etiam apud Aelianum *ὁ δὲ, οἱ δὲ* saepe in *ὅδε, οἵδε* depravatum erat a librariis aut a Gesnero, unde Fr. Jacobs paene centies (hist. an. 1832, praef. p. 26) recte restituit, R. Hercher etiam saepius correxit.

Semel *οὖν* similiter usurpavit: 816, 23 *ὡς δὲ ἄλις ἔσχε τῆς ὄψεως καὶ οὐδ' ἐν τῷ δήμῳ τι γεγένητο θερμότερον. τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἔγνω περισώζειν. τὰ δὲ...* Mend. adn.: »*οὖν* delebat Schw., at Herodoteo more positum est« cf. Hdt. VII 10, 5 *ἐπειάν... θεὸς... ἐμβάλῃ.... δι' ὧν ἐφθάρησαν.* IX 48 *ἦν...*, *οἱ δ' ὧν.* cf. VII 137. IX 26. 87. *Οὖν* igitur in apodosi semel invenitur apud Appianum, *δὲ* semel post pronomen personale; undecies post *ὁ, οἱ.* Hunc autem usum ne apud atticos quidem admodum rarum esse constat. Contra *σὺ δέ. ὑμεῖς δέ. ἐγὼ δέ. ἡμεῖς δὲ* in apodosi ponere, Herodoti est. [1]) Saepe illud Arrianus et Pausanias imitati sunt, semel Appianus.

Non minus caute se gessit in adhibendis aliis *ἀποδόσεως* adminiculis velut *τότε δή, ἐνταῦθα δή, οὕτω δή*, neque normam attici usus egreditur atque *οἵτω δὴ* ne semel quidem inveni. *Ἀνακόλουθα* enuntiata raro admisit eorumque maior pars constat ex nominativis participii absolutis, tamen intra fines si non semper attici usus at certe aequalium [2]) se coërcuit longeque abest ab Aeliani Pausaniaeque audacia. Omnino Appianei stili nota atque signum est simplicitas, quae magna ex parte eo continetur quod paratactice quam hypotactice scribere maluit. Cuius moris cum plura exempla afferre supersedeam, unum genus Appianeis et Herodoteis exemplis illustrabo:

p. 105, 16 *χρυσὸν... οὐκ ἐλαβεν· οὐ γὰρ εἶχον*, p. 119, 13 *... κεντοῦσιν ὡπλισμένον ἐς τὴν σφαγήν· οὐ γὰρ ἦν ἄλλοθι*, p. 173, 3 *περιετείχισε τὴν πόλιν χωρίς γε τοῦ... μέρους· οὐ γὰρ*

---

[1]) De Herodoteo usu cf. Gomperz, Wiener Sitzungsberichte 1883 p. 544.

[2]) Ad 576,7 (*Μᾶρκος δ' Ὀκτάβιος δήμαρχος ἕτερος,... διακωλύειν παρεσκευασμένος, καὶ ὧν ἀεὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ κωλύων δυνατώτερος, ἐκέλευε τὸν γραμματέα σιγᾶν*) Mend. adn.: »nom. abs. exemplo Herodoteo positus est.« (*ἦν* Didotiana.) Cf. Bernhardy l. l. p. 632 de illorum stili licentiis. Nauck. Eurip. Stud. I p. 24 aliquot exempla ex tragicis poetis (sed alius generis ac 576,7) collegit, Rohde, Rhein. Mus. 1870 p. 558, 1876. p. 629 multa ex posterioribus scriptoribus, quae auxit R. Foerster, Fr. Zambeccari u. d. Briefe d. Libanius, pg. 212 adn. 2. Nostro autem loco 576,7 nominativus eo explicatur, quod Octavius ipse unus ex eis est, qui enuntiato illo participiali commemorantur. Potest enim etiam dici *καὶ ὧν, ὡς ἀεὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ κωλύων, δυνατώτερος.* Appianus autem non raro totam rem et eius partes eodem casu una ponit. Quod ut ex parte omnino graecum est, velut si dicitur *οἱ ὕπατοι... ὁ μὲν... ὁ δέ*, ita insolentius 167,25 *ἡ δὲ πόλις, ἀπαγγελθείσης τῆς συμφορᾶς, οἱ μὲν... ἐθρήνουν, αἱ δὲ γυναῖκες...*, *οἱ δ' ἄρχοντες...* cf. Kühner gr. gr. II § 406,7—8. § 493.

ἦν καὶ τοῦτο δυνατόν. 181, 14 *εὔφορος δ' ἐστὶν ἐς σῖτον ἡ περὶ τὴν Καπύην πᾶσα· πεδιὰς γάρ ἐστιν.* 1085, 24 *ὡς στρατιὰν ἐπαξόμενος ἑτέραν· πολλὴ γὰρ ἦν αὐτῷ πολλαχοῦ.* 1089, 3 *οὐδὲν ἔτι βλάπτοντες· οὐ γὰρ ἐδύναντο.*

Hdt. II 77 *οἵνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέονται· οὐ γάρ σφι εἰσι... ἄμπελοι.* II 81 *οὐδὲ συγκαταθάπτεταί σφι· οὐ γὰρ ὅσιον.* IV 23 *πρόβατα γάρ σφι οὐ πολλά ἐστι· οὐ γάρ τι σπουδαῖαι νομαὶ αὐτόθι εἰσί.* IV 23 ... *οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι.* cf. IX 51. I 160.

Aliud genus est huiusmodi: 68, 18 *ἀνέπεισε.... οἱ δ' ἐπείθοντο.* 130, 18 *Μαγκῖνον... παρεδίδου... οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο.* 173, 17 ... *ἀφῃροῦντο· οἱ δ' ἠπόρουν.* 361, 23 ... *ἀπεκρούοντο· οἱ δὲ χῶμα ἤγειρον.* 538, 25 ... *προήγαγε τὸ πεζόν. οἱ δ' ἀπεχώρουν.*

Hdt. II 70 *ἄγκιστρον. καταπίνει· οἱ δὲ ἕλκουσι.* III 54 *ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ ἐπισπόμενοι ἐκτεινον.*

Sed desistam exemplis afferendis, quibus nil probetur; mittam particulam *τε* qua enuntiata deinceps adnectuntur; nil dicam de frequenti parentheseon usu, qui nihil singulare habet praeter hunc locum: 1102, 25 *ὠρρώδει, ναῦς ἐκείνων ἐχόντων πεντακοσίας, μὴ... ὧν ἐνθυμούμενος (ἐλέλεκτο δὲ αὐτῷ περὶ πολλῶν παρθένων ἐς γάμου) ἐπέστελλε Μαικήνᾳ συνθέσθαι Σκριβωνίᾳ..., ἵν' ἔχοι... ἀφορμὴν ἐς διαλύσεις:* ad alia argumenta me convertam.

Nam inter Appianum et Herodotum in universa narrandi indole quaedam similitudines intercedunt, quae inde fluxerunt, quod Appianus quoque sicut iam Herodotus historiam quodammodo »subiective« — liceat enim mihi hoc vocabulo uti — conscripsit. Nam cum Xenophon, Caesar alii fere nusquam in libris suis quasi ipsi loquentes lectoribus se praebeant, Appianus sicut Herodotus saepissime de se ipse loquitur, quid viderit, quid legerit, quid credat, quid velit. Hoc igitur more priusquam proscriptiones et crudelitatem triumvirorum describat, haec praefatur:

B. C. IV 16 (p. 945, 12 sqq.) *ὧν τὰ λαμπρὰ καὶ τὰ χείρω γενόμενα... ἐπελεύσομαι νῦν. οὐ πάντα*[1]) *(οὐ γὰρ ἀξιαφήγητον*

[1]) Alio loco: B. C. IV 51 (978,22) Thucydidem imitatus est *τὰ μὲν δὴ... γενόμενα, πολλὰ καὶ ἄλλα παραλειπόντι τοιάδε μάλιστα ἦν* Thuc. II 51,1. *τὸ μὲν οὖν νόσημα πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι ἀτοπίας τοιοῦτον ἦν* Thucydideae similitudines etiam latent in Ill. 14 (358,11.) *τὰ μὲν δὴ πάλαι τοσαῦτα περὶ Ἰλλυριῶν ἔσχον εὑρεῖν.* cf. Thuc. I 20,1 *τὰ μὲν οὖν παλαιὰ τοιαῦτα ηὗρον.* — Ill. 6 (350,10): Thuc. II 48,3.

ἀναίρεσις ἁπλῆ καὶ φυγὴ . . .) ἀλλ' ὅσα παραλογώτατα . . . ἐκπλήξειε Hdt. I 177 *. . . τὰ μὲν νῦν αὐτῶν πλέω παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε πόνον τε πλεῖστον καὶ ἀξιαπηγητότατά ἐστι, τούτων ἐπιμνήσομαι.*

B. C. IV 23 (952, 7) *καὶ τῆσδε μὲν ἐνθάδε ἐπεμνήσθην, ὅτι* — Hdt. VIII 55 *τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω.*

Hisp. 60 (110, 2) *ἀλλὰ τάδε μὲν ὕστερον γενόμενα ὕστερον λέξω· τότε δὲ . . .* — Hdt. VIII 3: *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο· τότε δὲ . .*

Syr. 51 (422,3) *ἀλλὰ τάδε μὲν ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθικῇ συγγραφῇ λέξω . . .* — Hdt. II 161 *ἀπὸ προφάσιος, τὴν ἐγὼ μεζόνως μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι . . .*

Praef. 15 (14, 19) *καὶ εἴ τῳ σπουδὴ καὶ τὰ λοιπὰ μαθεῖν, ἔστι μοι καὶ περὶ τούτου συγγραφή.* cf. 447, 1. 460, 25. — Hdt. V 54 *εἰ δέ τις τὸ ἀτρεκέστερον τούτων ἔτι δίζηται, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω.* cf. II 62. III 37.

Ill. 15 (358, 23) *καί μοι θαῦμά ἐστιν ὅτι καὶ πολλοὶ καὶ μεγάλοι στρατοὶ . . . ὑπερεῖδον τάδε τὰ ἔθνη . . . ἀλλά μοι δοκοῦσιν . . .* — Hdt. IX 65 *θῶμα δέ μοι ὅκως . . . μαχομένων οὐδὲ εἷς ἐφάνη Περσέων . . . δοκέω δὲ . . .*

B. C. I 103 (668, 16) *καί μοι θαῦμα μὲν αὐτοῦ καὶ τόδε καταφαίνεται, τοσήνδε ἀρχὴν πρῶτον ἀνδρῶν καὶ μόνον*[1]) *ἐς τότε Σύλλαν . . . ἀποθέσθαι* cf. 580, 14. — H. VII 153 *θῶμά μοι ὧν καὶ τοῦτο γέγονε πρὸς τὰ πυνθάνομαι κατεργάσασθαι Τελίνην ἔργον τοσοῦτο.* cf. VII 99.

Ill. 2 (346, 16) *καὶ τόδε μοι μάλιστα, πολλὰ μυθευόντων ἕτερα πολλῶν, ἀρέσκει.* — Hdt. I 214 *τὰ μὲν δὴ . . . πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται.*

B. C. III 84 (919, 4) *οἱ δὲ αὐτὸν καὶ προσπεσεῖν Ἀντωνίῳ νομίζουσιν . . ., οὐ μὴν ἅπασι πιστόν, οὐδ' ἐμοὶ πιθανόν.* Mithr. 117 (560, 13) *ὥς φασιν . . . εἴ τῳ πιστόν ἐστιν.* — Hdt. III 3 *λέγεται*

---

[1]) Cum hac locutione quae saepe apud Appianum aut par aut similis exstat, nescio an comparare liceat illam Herodoteam *πρῶτος ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν* I 23. *μοῦνος πάντων ἀνθρώπων* I 25 cf. IX 35. *πρῶτοι Ἑλλήνων* I 163, *ἀνθρώπων* II 58. *βαρβ.* I 7. *οὗτοί εἰσι οἱ πρῶτοι (θρησκεύσαντες)* cf. II. 64 I 172. Et his et aliis locis is statuitur qui primus aliquid, de quo agitur invenerit aut fecerit. De Appiano cf. 567, 13 *πρῶτος ἀνδρῶν ὅδε μοι δοκεῖ.* 974, 12 *πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν ὅδε* (Herwerd. probabil. coni. *καὶ μ.* cf. H. II 79) 121, 26; *πρῶτος ὅδε Ῥωμαίων ἐπινοῶν . . .* 137, 21. 598, 24. 622, 5. 624, 2. 626, 12 al.

δὲ καὶ ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός. cf. I 182. II 73. II 123.

III. 6 (350,5) ὅθεν μὲν ἀρξάμενοι τῆσδε τῆς δόξης, οὐκ ἔσχον εὑρεῖν, χρώμενοι δ' αὐτῇ καὶ νῦν. . cf. 145,12. 430,22. — Hdt. III 116 ὅκως μὲν γινόμενος, οὐκ ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἰπαι. λέγεται δὲ... cf. VII 26 ὃς μέν νυν... ἔλαβε, οὐκ ἔχω φράσαι.

III. 10 (354, 14) πόλεμος... ἔληξε μόνης· οὐ γὰρ ἦρον αὐτοῦ τέλος ἀκριβές. — Hdt. I 160 ἐπὶ μισθῷ ὁσῳδή· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως· οὐ γὰρ ἐτελεώθη.

Mithr. 8 (447, 3) Καππαδοκίας δὲ... οἵτινες ἦρχον, οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε ...εἴτε...· Ἀλέξανδρος δέ μοι δοκεῖ cf. 665, 13. B. C. I 86 (648,20) οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν ἐγὼ συμβαλεῖν, δι' ἣν — Hdt. I. 103 οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν, εἴτε...εἴτε.. Φαίνονται μὲν γὰρ ... cf. Hdt. I 57. VI 82. VIII. 8, 128, 133. Hdt. IV 45 οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτεῳ. cf. VII 24.

B. C. I 97 (661, 18) ἤδη [1]) δέ που γραφῇ περιέτυχον ἡγουμένῃ τὸν Σύλλαν...ἀναγραφῆναι. — Hdt. IV 77 καίτοι τινὰ ἤδη ἤκουσα λόγον ὡς... ἤδη δὲ ἤκουσα... VII 35. VII 55. cf. II 175. IX 84. 95.

Praef. 7 (p. 21) ὧν ἐγώ τινας εἶδον ἐν Ῥώμῃ cf. 948, 7. — Hdt. V 59 εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς...

Tot his exemplis cum satis appareat quantae stili historici similitudines inter Herodotum et eius imitatorem Appianum intercedant nunc illud narrandi artificium tractabo, quod exordium epicum vocatur.

Illius enim vis in eo posita est, ut si ad novas transeatur res narrandas, statim nomen proprium graviter ponatur adiuncto verbo ἦν vel ἐστίν, tum demum, quid factum sit, narretur. Cuiusmodi exordii cum praecipuus auctor Homerus sit, in pedestri sermone illud Herodotus imprimis adhibuit, Appianus autem his locis:

Hann. 31 (p. 171, 1) κάκιον οὖν ἔπραξεν ὁ Ἀννίβας τὸ ἀπὸ τοῦδε. - Ἄργυρίππα δ' ἐστὶ πόλις ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ ἣν Διομήδης λέγεται κτίσαι. καί τις... Hisp. 83 (87,20) Ἰσιαπὰ δ' ἦν πόλις Καρχηδονίοις... Hisp. 94 (140, 6) τῶν δ' Ἰβηρακῶν οἱ μὲν... ἀπέπεμπον δεδιότες. Ἰουτία δὲ πόλις ἦν εὐδαίμων... B. C. IV 47 (974, 12) Σίττιος μὲν δὴ... ἐφυγαδεύετο. Οὐάρρων δὲ ἦν φιλόσοφος .. cf. 357, 25. 423, 4. 968, 20. 1109, 8.

---

[1]) Illud ἤδη »etiam« Herodoteum est. Usurpaverunt etiam Aelianus (π. ζ. I 50 ἤδη δέ φασι) Arrianus, Pausanias, Lucianus.

Quibus cum locis conferantur hi Herodotei: I 23 — *Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας. ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου.* I 175. — *Ἦσαν δὲ Ἡδωνέες οἰκέοντες ὑπὲρ... II 91 οἱ μέν νυν ἄλλοι... φυλάσσουσι, ἔστι δὲ Χέμμις πόλις μεγάλη... ἐν ταύτῃ τῇ πόλι*

Illud autem δὲ omittatur necesse est praefatione facta:

Ill. 7 (350, 15) *ὅσα δ' αὐτὸς ἔγνων ἀναγράψω. Ἴλλυρων ἦν βασιλεὺς Ἰλλυριῶν. Ἴλλυρων δ' ἐμπαλιν...*

Hdt. I 6 *ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως. Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω, τύραννος δὲ... οὗτος ὁ Κροῖσος βαρβάρων πρῶτος.*

Sed hoc narrandi artificium etiam latius patet. Saepe enim epicam consuetudinem et *λέξιν εἰρομένην* usurpatam invenimus, ubi pronomine demonstrativo aut adverbio res narranda indicata est. Exemplorum magna est copia:

Hisp. 5 (65, 10) *αὐτὸν... κτείνουσιν ὧδε. ξύλων ἁμάξας ἄγοντες, αἷς βοῦς ὑπέζευξαν, ἵππον ταῖς ἁμάξαις ὡπλισμένοι, τοῖς δὲ...*

Hisp. 37 (90, 20) *διὰ τοιάνδε αἰτίαν. Ἰσδρούβου... θυγάτηρ ἐς γάμον ἠγγύητο Μασσανάσσῃ· Σύφακα δ' ἄρα τὸν δυνάστην ἔρως ἔκτιζε τῆς παιδός, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι...*

Hdt. VI 61/2 *ὧδε δὲ γαμέει. ἦν οἱ φίλος... τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἐνέγχανε ἐοῦσα γυνὴ καλλίστη... Τὸν δὲ Ἀρίστωνα ἔκτιζε ἔρως τῆς γυναικὸς ταύτης ἔρως... μιχανᾶται δὴ τοιάδε...*

Hisp. 71 (74) p. 119, 6 *καὶ ἔκτειναν ὧδε· ὀλιγοπιστότατος ἦν... ὁ Οὐίριάθος. τοῖς οὖν φίλοις ἐξῆν... ᾧ δὴ καὶ τότε ἔθυε*

Hann. 32 (p. 171, 17):

Τάραντα δὲ Κονωνεὺς ὧδε προὔδωκεν. κυνηγετεῖν εἴθιστο ὁ Κονωνεύς καὶ φέρων ἀεί τι τῷ φρουράρχῳ...

Hdt. I 73:

γενόμενον γαμβρὸν Κροίσῳ ὧδε. Σκυθέων ... χρόνου δὲ γενομένου καὶ αἰεὶ φοιτεόντων τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην καὶ αἰεί τι φερόντων...

Illum locum (Hdt. I 73) Appianum respexisse eo certius est quod etiam locutionem *ὀργὴν ἄκρος* inde mutuatus est.

Pun. 33 p. 220, 22 *Νάρχην δ' ἐνήδρευσεν ὧδε. ἀγορᾷ χρώμενος ἐσέπεμπεν ὡς ἐς φίλους....* Syr. 13 p. 381, 16 *διὰ τοιᾶσδε προφάσεως· τῶν τις Μακεδόνων Ἀλέξανδρος...* Mithr. 27 (447, 20) *διὰ... ἁμάρτημα τοιόνδε φρούριον ἦν τι...* B. C. I 54 (617, 21)

κτείνουσιν αὐτὸν ὧδε. ὁ μὲν ἔθυε τοῖς Διοσκούροις ἐν ἀγορᾷ... ἐνὸς δὲ... B. C. I 90 (662, 20) *ὧδε... ἐμηχανήσατο. Ῥωμαίοις πάλαι κατ' ἀρετὴν ἦσαν οἱ βασιλεῖς...* B. C. III 2 (839, 18) *ἐνὶ τοιῷδε πολιτεύματι... μετέβαλεν. Ἰμάτιος ἦν ὁ ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ...* (Mend. adn. crit.: »exordium epicum. sic Herodotus quoque I 175« videlicet *Ἦσαν δὲ Ηηδασέες οἰκέοντες ὑπὲρ...* (v. supra p. 22). B. C. V 96 (1141, 21) *ἐκάθαιρεν αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ὧδε. οἱ μὲν βωμοὶ ψαύουσι τῆς θαλάσσης. καὶ ἡ πληθὺς αὐτοὺς περιέστηκε...· οἱ δὲ ἱερουργοὶ θύουσι...καὶ ὁ λεὼς ἐπείγηται. οὕτω μὲν...καθαίρουσιν.*

cf. Hdt. IV 60 *θυσίη... ἐρδομένη· ὧδε· τὸ μὲν ἱρήιον... ἕστηκε. ὁ δὲ θύων...*

Alia Herodotea sunt: (Appianea etiam 547, 20. 977, 6. 980, 4. 998, 17) I 7 *ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε... ἐς Μερμνάδας. ἦν Καρδανύλης.* III 1 *ἐποίεε τάδε· ἦν Ἀπρίεω... θυγάτηρ.* III 11 *πρῆγμα τοιόνδε· ἦσαν τῷ Φάνῃ.* III 68 *ἐποίεε τάδε· ἔσχε αὐτοῦ.* III 98 *τρόπῳ τοιῷδε κιέονται· ἔστι τῆς Ἰνδικῆς.*

cf. II 30. II 70. III 50. III 61, 117, 120, 139... Sed etiam Thucydides interdum hanc epicam consuetudinem servavit, sicut:

I 24, 1 *αἱ δ' ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι αἵδ' ἦσαν*[1])... *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι...· προσοικοῦσι δ'...* cf. App. Hisp. 44 (96, 13) *πόλεμος.. ἐκ τοιᾶσδε προφάσεως. Σεγήδη πόλις ἐστι Κελτιβήρων...*

Th. I 126 *τὸ δὲ ἄγος ἦν τοιόνδε· Κύλων ἦν...* II 34 *ταφὰς ἐποιήσαντο τρόπῳ τοιῷδε· τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται...ὧδε μὲν θάπτουσι·* Ut autem hoc loco post *ἐποιήσαντο* scriptum est *προτίθενται...ὧδε θάπτουσι*, quia usus perennis exponitur, ita apud Appianum legimus p. 1141 sq. *ἐκάθαιρεν ὧδε... ψαύουσι...οὕτω Ῥωμαῖοι... καθαίρουσιν.*

Itaque et Herodotum et Thucydidem Appiano auctores huius proprietatis constat fuisse, nisi quod Herodotus saepe, Thucydides raro eam adhibuerunt. Sed absolutum eiusdem usum (cf. p. 21). Appianus Thucydidi debere non poterat, quia apud illum non exstat. Quem ad usum illustrandum etiam duo exempla afferam paullo diversa:

Hann. 7 (152, 14) *ἐς Κρεμῶνα διεσώθη φερόμενος. ἐπίνειον*

---

[1]) Haec imitatus est App. B. C. V 77 p. 1124, 26 *καὶ μὲν αἰτίας, ὡς ἑκάστῳ, ἑτέρας, αἱ δὲ ἐς τὸ φανερὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐκφερόμεναι αἵδε ἦσαν.*

δὲ ἦν τι βραχὺ Πλακεντίας. ᾧ προσβαλὼν ὁ Ἀννίβας ... ἐτρώθη. Hann. 37 (177, 15 sqq.): οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀγρῶν συνέθεον ἐς τὸ ἄστυ δρόμῳ. βοῆς δὲ παμμιγοῦς ... πάντα μεστὰ ἦν. εἰσὶ δ' αὐτῶν οἳ τὴν γέφυραν ... ἐκοπτον. μικρὸν δέ τι πολίχνιον Ῥωμαῖοι ποτε ἐπιτειχίζοντες Λίβυν ἐκάλεσαν. τούτων τότε τῶν Λιβησέων ...

Sane singularis est λέξις adeo εἰρομένη. Postremo comparabo inter se duas Appiani et Herodoti narrationes, ut similitudinem earum non fortuitam esse probetur:

Syr. 63 (434, 17 sqq.):

λέγεται δὲ ... ποτὲ αὐτῷ ... λόγιον προαγορευθῆναι Ἄργος ἀλευόμενος τὸ πεπρωμένον εἰς ἔτος [1]) ἥξεις ... « ὁ μὲν δὴ Ἄργος τὸ Πελοποννήσιον καὶ Ἄργος τὸ ἐν Ὀρεστείᾳ [ὅθεν οἱ Ἀργεάδαι Μακεδόνες] [2]) καὶ ... πάντα ἀνεζήτει καὶ ἐφυλάσσετο· ἀναβαίνοντι δ' ἐς ... βωμὸς ἦν ... καὶ πυθόμενος ... Ἄργος, κτείνεται ταῦτα ἔτι μανθάνων ....

H. III 64:

τῷ δ' ἔτι πρότερον ἐκέχρηστο ... ἐν Ἐκβατάνοισι τελευτήσειν τὸν βίον. ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι Ἐκβατάνοισι ἐδόκεε τελευτήσειν γεραιός .... τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι ἐν Συρίῃ Ἐκβατάνοισι ἔλεγε ἄρα. καὶ δὴ ὡς τότε ἐπειρόμενος ἐπύθετο τῆς πόλιος τὸ οὔνομα ... εἶπε· Ἐνταῦθα ... πεπρωμένον τελευτᾶν.

(cf. p. 380, 8).

Quemcunque huius narrationis auctorem Appianus secutus est, ipsa ad exemplum illud Herodoteum videtur ficta esse. Appianus autem colorem Herodotei sermonis aut retinuit aut restituit. Certe memorabile est in brevi regum Syriae Macedonum historia (Syr. 52—70) tot narrationes vel fabulas inveniri et earum multas Herodoteas esse verbisque inde petitis exornatas. Nam inde a cap. 56 narrationes hoc ordine deinceps sequuntur:

Syr. cap. 56 λέγεται δ' αὐτῷ ... χρησμὸν .. — λέγεται καὶ — δοκεῖ δέ τισι σημεῖον τοιόνδε γενέσθαι — καὶ ἐσήμαινε μὲν ἐς τὴν τελευτὴν τοῦ βασ. καὶ τόδε. ναύτην δέ φασιν — εἰσὶ δὲ οἳ ... φασὶ ...

---

[1]) Cobet coni. ἐς τέλος inutiliter.

[2]) Verba absurda suspectavit Schw., delevit Mend. Num Appiano tantus error imputandus sit, diiudicari non potest. Sed utut est, valet hic locus ad defendendum frgm. 2. Maced. (p. 327, 1—7), quod Hannak »Appian u. s. Quellen« Wien 1869 p. 148 ab Appiano abiudicabat. Nam ex eo quod ibi exstat oraculo (αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσιν ... cf. Paus. 7. 8, 9) notitia Argeadarum sive Appiano sive veteri interpolatori, quippe qui librum Macedonicum etiam integrum nosset, fluxisse mihi videtur.

c. 57 *τοσαῦτα μὲν δὴ περὶ τῶν Σελεύκῳ προμαντευθέντων ἐπυθόμην.* c. 58 *φασὶ δὲ αὐτῷ τὰς Σελευκείας οἰκίζοντι* . . . sequitur illud de quo supra dixi colloquium Seleuci magorumque, quorum orationem totam esse Herodoteam probavi. c. 59 *τοιάδε μὲν ἐπυθόμην περὶ Σελευκείας . . . καὶ εἴ τῳ μεγαλόφρον εἶναι τόδε φαίνεται καὶ βασιλικόν, μεγαλοφρονέστερον ἔτι καὶ σοφώτερον ἤνεγκε τὸν ἔρωτα τοῦ παιδός* (scil. Antiochi erga Stratonicam novercam) . . . Haec iam narrantur. Conclusio autem Seleuci orationis, qua apud exercitum uxorem Stratonicam suo filio, illius privigno, in matrimonium dat, respondet eis quae Herodotus de Cambyse III 31 narrat:

Syr. 61 fin. (433, 15):

»*. . . καὶ οὐ Περσῶν ὑμῖν ἔθη καὶ ἑτέρων ἐθνῶν μᾶλλον ἢ τόνδε τὸν κοινὸν ἅπασι ἐπιθήσω νόμον, ἀεὶ δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλέως ὁριζόμενον.*«

Hdt. III 31:

. . . ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφέων Καμβύσης . . . οἱ δὲ βασιλήιοι δικασταὶ . . . φάμενοι . . . ἄλλον μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὸ ἂν βούληται.

Utroque loco incestus regis amor eo defenditur quod regis decreta sancta sint. Plutarchus (in Demetr. c. 38) quem eodem fonte usum esse ex verborum similitudine apparet, Seleuci orationem multo breviorem et forma quae vocatur indirecta reddidit eamque his verbis conclusit: *εἰ δ' ἡ γυνὴ τῷ μὴ νενομισμένῳ δυσκολαίνοι, παρακαλεῖν τοὺς φίλους, ὅπως διδάσκωσιν αὐτὴν καὶ πείθωσι καλὰ καὶ δίκαια τὰ δοκοῦντα βασιλεῖ μετὰ τοῦ συμφέροντος ἡγεῖσθαι.* Appianea igitur oratio quod proprii habet, id ad Herodoti memoriam videtur referendum esse.

c. 63. *Καί μοι δοκεῖ . . . λέγεται δὲ καὶ λόγιον προαγορευθῆναι . . .* narratur de oraculo illo perperam intellecto. v. supra. c. 64. *Ἀνσίμαχον δὲ πυνθάνομαι . . .* c. 65. *Σελεύκου δ' ἀποθανόντος διάδοχοι, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν Σύρων ἀρχήν, ἐγένοντο οἵδε. Ἀντίοχος μὲν πρῶτος, ὅδε ὁ*[1]) *τῆς μητρυιᾶς*

[1]) Fortasse non supervacaneum est comparare Hdt. I 23 *Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας.* I 45 *Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὴ ὁ φονεὺς μὲν — φονεὺς δέ.* I 85 *ὁ δὲ παῖς, οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε* . . . Demonstrativo enim pronomine usus alacriorem reddit scriptor narrationem, cum paene monstret eum de quo narrat. Herodotus autem *οὗτος*, Appianus *ὅδε* usurpavit, sicut ille *πρῶτος οὗτος*, hic *πρῶτος ὅδε* (cf. adn p. 20); ille *καὶ οὗτος*, hic *καὶ ὅδε* (cf. Krüger gr. Gr. § 51, 7, 12). Aliquid in

ἐρασθείς... cf. Hdt. I 7 fin. ἄρξαντες... ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν, cf. II 166. Adnotandum est eandem locutionem etiam Arrianum imitatum esse, cum scriberet VI 29, 7 παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν φυλακήν. (cf. Grundm. pg. 52). Appiani autem verba eo differunt quod ἐκδεχόμενοι scripsit, ut solebat κατὰ σύνεσιν — nam lectionem παῖδες codicum a. b. interpolatam esse nemo non videt — et quod explicandi causa vocem Σύρων adiunxit, quam Nauck non recte suspectavit, cum perspicuitatis causa Appianus multa saepe adderet quae non necessaria essent. [1])

Sunt igitur haec capita (Syr. 56—65) referta locutionibus atque sententiis Herodoteis quae Appiano ipsi, non eius auctoribus tribuendae sunt, cum tales imitationes per omnes Appiani libros dispersae inveniantur.

Quoniam ex universa narrandi similitudine quae inter hos scriptores intercedat, probasse mihi videor Appianum quamvis et natura et aequalium more ad talem scribendi rationem inclinavisset, tamen etiam studio et opera ad Herodotum se accommodavisse, cuius rei gravissima etiam integrorum locorum testimonia attuli; nunc ad eas imitationes me convertam quae in ionicis vocabulorum formis, in Herodoteis structuris et locutionibus inveniuntur. Ac primum dicam

De formis ionicis.

Appianus enim in imitando Herodoto eo usque progressus est, ut quamvis attice scribere studeret, etiam ionicas verborum formas interdum usurparet:

ἠοῦς 129, 19. 133, 6. 256, 19. 649, 12. 652, 19. 817, 14-1128, 26 [2]) cf. 649, 13 ἐξ ἠοῦς ἐπὶ μεσημβρίαν ἀγὼν καρτερός. 652, 19 ἐξ ἠοῦς ἐπὶ ἑσπέραν γίγνεται μάχη καρτερά... Hdt. VII

---

concinni habent hi loci: 62, 1. δοκοῦσι δέ μοι... Ἕλληνές τε ὁμοίως, ἐς Ταρτησσὸν ... πλέοντες, ἐμμεῖναι καὶ τῶνδέ τινες ἐν Ἰβηρίᾳ. 1135, 22 εἰ δέ τις ἐκνήχοιτο, συναράσσοντο καὶ οἵδε ἐπὶ τὰς πέτρας ὑπὸ τοῦ κύματος.

[1]) Ne 667,20 quidem ante ἀρχῆς genitivum recte deletum esse credo: Σύλλας... Ἀλέξανδρον ... ἐψηφίσατο βασιλεύειν Ἀλεξανδρέων, ἐρήμου τῆς [Ἀλεξανδρέων] ἀρχῆς ἀνδρὸς οὔσης, καὶ τῶν γυναικῶν ... ἀνδρὸς συγγενοῦς δεομένων .... Mend. adn. »Ἀλ. omisi cum Candido.«

[2]) Etiam Polybius interdum ἠοῦς scripsit. V. Krebs, Praepositionsadverbien d. spät. hist. Graecität. 2. Teil, München 1885 p. 46.

167 *ἐξ ἠοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης* sc. *ἐμάχοντο.* — *ἠοῖ* 1142, 25. reliquis locis atticae formae *ἕω, ἕῳ* leguntur.

δυώδεκα 306, 15.

ἀναμεμίχα ται(-το) 226, 8. 401, 26. 760, 4 (Cob.) Hdt. I 146. *τετάχατο* et composita, *ἐφθάρατο, διεφθάρατο* 384, 17. 402, 10. 402, 21. 403, 20. 535, 19. 852, 14. 1007, 14. 1144, 7 al. *ἀγηγέρατο* 92, 24. Talis forma perfecti ionica apud Atticos non invenitur nisi quater apud Thucydidem, semel apud Xenophontem, semel apud Platonem. v. Krüger § 30,2,7.

ἐνέκυρσε τῇ φάλαγγι 1030, 17. *ἐγκύρσας τείχεσιν* 176, 15. Hdt. III 77 IV 125, sed etiam *ἐνεκύρησα* VII 218. Polyb. Dion. Hal. Arr. — poet.

ἐξειρύω 1070, 7. Hdt. I 141. II 38. Ionicam illam diphthongum Mend. Nauckio auctore in *ε* mutavit.

μιῆναι 788,2 (Cob.); Nauck proposuit *μιᾶναι.* — 271, 15 legitur *καταμιᾶναι.*

πολλός 963, 17. 1000, 5 olim legebatur, unde etiam Cobet id pro Herodotea imitatione habet. Nunc Mendelssohn 963, 17 contra omnes libros, 1000, 5 contra A, B, b (f) *πολύς* scripsit, et concedendum sane est formam *πολλός* suspicioni expositam esse, cum innumeris locis *πολύς* legatur.

ἀγχοῦ 71, 19. 133, 20. 496, 22. 497, 24. 571, 17 (c. dat.). . . *ἀγχοτέρω* 621, 16. *ἀγχοτάτω* 133, 2. 136, 19. 197, 1 . . . Hoc adverbium usurparunt etiam Dion. Hal. et Ioseph. [1])

πάγχυ 393, 23. 688, 8. — 393, 23 *οὐκ ἐλπίσας ἄν τινα περὶ προδοσίας ἐπιστολὴν αὐτόγραφον οὐκ ἀληθεύοντα πέμψαι, πάγχυ πιστεύσας ἐξέλυσε* . . Hdt. III. 157 *πάγχυ ἐλπίσαντες λέγειν μιν ἀλήθεα* IV 135 *πάγχυ ἤλπιζον.* VI 16 *πάγχυ καταδόξας.* VII 32 *πάγχυ ἐδόκεε.* 688, 8 *πάγχυ δ' ἐλπίσας αἱρεθήσεσθαι.*

Appianus igitur, cum ante *ἐλπίσας* et *πιστώσας* scriberet *πάγχυ,* sine dubio Herodotum imitari voluit, nam ante adiectiva et adverbia semper usurpavit formam *πάνυ.* Neque igitur audiendus est Mendelssohn qui ad 393,23 adnotavit »nescio tamen an *πάνυ* reponendum sit«; ad 688,8 »*πάνυ* a, quod tamen fortasse praeferendum.« [2]) Immo

---

[1]) Cf. Krebs l. l. I p. 13 II p. 49, ubi etiam de diversis structuris eius vocis disputat.

[2]) Contradixit etiam Krebs l. l. I p. 11 adn. his verbis: »Dass Mendels-

censeo etiam tertio loco *πάγχυ* restituendum esse, quod Wyttenbach iam pridem coniecit. Nam ibi quoque imitatio agnoscenda est:

Syr. 10 (p. 379, 1 sqq.):	Hdt. I 31:
ex Scipionis et Hannibalis colloquio: [1])	ex Croesi et Solonis colloquio:
Σκιπίωνα . . . ἐπανερέσθαι δὲ τίς εἴη δεύτερος μετ' Ἀλέξανδρον . . . τίνι διδοίη τὰ τρίτα, τ α χ ὺ γ ο ῦ ν ἐ λ π ί ζ ο ν τ α ἕξειν τὰ τρίτα.	*Κροῖσος . . . ἐπειρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι, δ ο κ έ ω ν π ά γ χ υ δευτερήια γ ῶ ν οἴσεσθαι.*

Pro *ταχὺ* 379,7 Gelenius coniecit *τάχα*, sed Wyttenbach *πάγχυ*, quae emendatio felicissima immerito neglecta est a Mendelssohnio.

Haec de formis ionicis erant dicenda. Nam quod 838,1 in codicibus est *ἐπιπλέειν* et interdum *βασιλέες*, *ἱππέες*, nullam auctoritatem ea habent. De *ἐς οἷ*, *ἐπείτε*, aliis infra erit dicendum. Iam videamus quae ad Herodotum sint referenda

de usu pronominum.

Atque usum formarum *οἵ*, *οἱ (οἰ)*, *σφῶν*, *σφίσι*, *σφᾶς* Appianus Herodoto non debet, cum paene omnium illius aetatis scriptorum communis sit (v. Cobet Var. lect.[1] 301). Sed quod dativi formas *οἱ*, *αὐτῷ*, *αὐτοῖς*, alias saepe ea ratione adhibet quae a grammaticis relationis nomine significatur, id aliqua ex parte Herodoteum est, praesertim cum similitudo Herodotea interdum etiam aliis indiciis probetur, velut

746, 4 (Cob.):	H. VI 28:
ἐ λ ί μ α ι ν ε ν ο ὗ ν ὁ σ τ ρ α τ ὸ ς	*λ ι μ α ι ν ο ύ σ η ς οἱ τῆς σ τ ρ α τ ι ῆ ς.*
α ὐ τ ῷ καὶ τὴν πόαν ἠρτοποίουν.	

Verbum *ἐλίμαινεν* Musgrave et Schweighaeuser ex corrupto *ἐδελίμαινεν* Candido duce restituerunt. Emendatio autem certa est, quanquam reliquis locis non *λιμαίνειν*, sed *λιμώττειν* Appianus scripsit. Sed praeter verbum illud Herodoteum similior est Thucydideus hic locus: II 101, 5 *ἡ στρατιὰ σῖτόν τε οὐκ εἶχεν α ὐ τ ῷ καὶ ὑ π ὸ χειμῶνος ἐταλαιπώρει.* Quanquam neque Herodoti neque Thucydidis talis usus proprius est, sed per totam graecitatem (et latinitatem) manavit. Herodotus autem semper encliticas formas *οἱ*, *σφι* usurpat,

---

sohn die gewöhnlichere Form *πάνυ* auf Kosten von *πάγχυ* herſtellen will, findet unſern Beifall nicht.«

[1]) Lucian. in Dialogo Mort. XII nihil ab Herodoto mutuatus est.

Appianus plerumque *αὐτῷ*, raro *οἱ*, nunquam ita ut H. III 14 *τῶν συμποτέων οἱ ἄνδρα*. De illis dativis cf. Stein ad Hdt. I 34 l. 16. Sed aliquot exemplis Appianeum usum illustrabo: 225, 20 *καὶ ὁ στρατὸς α ὐ τ ῷ διαμώμενος τὴν ψάμμον ὀλίγον καὶ ὑολερὸν ἔπινον ἐπιμόχθως* (Herodoteum esset *ὁ δὲ οἱ στρατός...*) cf. 868, 15. 916, 5. 268, 12 *ἔχουσι δ' α ὐ τ ο ῖ ς οἱ πολέμιοι καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὴν χώραν* cf. 472, 26. 837, 10 *ἐθύετο..., μέχρι βραδυνόντων α ὐ τ ῷ τῶν ἱερῶν δυσχεράνας ἐσῆλθε...* 998, 18 *ἀναιρεθέντος αὐτῇ τοῦ ἀ ν δ ρ ό ς*. 203, 14 sqq. *ἴσασι δὲ καὶ λιμὸν φέρειν οἱ Νομάδες οἵδε καὶ πόᾳ χρῆσθαι πολλάκις ἀντὶ σίτου· καὶ τὸ πάμπαν ὑδροποτοῦσιν. ὅ τε ἵππος α ὐ τ ο ῖ ς κριθῆς μὲν οὐδ' ὅλως γεύεται, ποηφαγῶν ἀεί. πίνει δὲ διὰ πολλοῦ. τοιούτους ὁ Μασσανάσσης...* Pleniorem exhibui hunc locum ut simul demonstrarem, quam prope interdum accederet Appianus ad Herodoteam describendi rationem; cf. Hdt. III 100 *Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον οὔτε τι σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι κεκτῆσθαι, ποιηφαγέουσι δέ, καὶ αὐτοῖσί ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι*... De Numidis etiam 256, 1 sqq. Appianus digressionem fecit: *εἰσὶ γὰρ Λιβύων οἱ Νομάδες εὐρωστότατοι καὶ μακροβίων ὄντων μακροβιώτατοι.*[1]) *αἴτιον δ' ἴσως ὅ τε χειμὼν οὐ πολὺ κρύος ἔχων*[2])... *ὀλίγος τε ὁ οἶνος αὐτοῖς, καὶ ἡ τροφὴ πᾶσιν ἁπλῆ τε καὶ εὐτελής. ὁ μὲν δὴ Μασσανάσσης ἐπιβὰς ἵπ-*

---

[1]) De Aethiopia Hdt. III 114 *φέρει ἄνδρας μεγίστους καὶ καλλίστους καὶ μακροβιωτάτους*. Ceterum raro apud Appianum de locis moribusque gentium digressiones inveniuntur: 541,28—542,8 de Achaeis Scythicis. 543,11—15 de aurea pelle Aeetae (*χρυσοφοροῦσι δ' ἐκ τοῦ Καυκάσου πηγαὶ πολλαὶ ψῆγμα ἀμανές· καὶ οἱ περίοικοι κῴδια τιθέντες ἐς τὸ ῥεῦμα βαθύμαλλα τὸ ψῆγμα... ἐκλέγουσιν καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως καὶ τὸ χρυσόμαλλον* (vox Eurip.) *Αἰήτου δέρος*: apparet idem studium explicandi mythos natura et ratione, quod etiam Herodotus et Pausanias saepe ostendunt, quamvis ceteroquin sint creduli). 723,20—724,25 de Epidamno Dyrrhachioque nominibus. Scilicet Appiano *οὐ μάνυ... ταῦτα προντίζειν ἀρίσκει μόνα τὰ Ῥωμαίων συγγράφοντι* (p. 62,21), sed Herodoto *προσθήκας ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος ἐδίζητο* (IV 30). Con memorandum est hoc loco etiam quoddam genus non tam digressionum quam adnotationum archaeologicarum, quod saepe apud Herodotum et Pausaniam invenitur, semel apud Appianum: p. 24, 22 *κρατήρ τε ἀπὸ τῶνδε τῶν χρημάτων ἐν Δελφοῖς ἔκειτο χρύσεος ἐπὶ χαλκῆς βάσεως ἐν τῷ Ῥωμαίων καὶ Μασσαλιωτῶν θησαυρῷ, μέχρι τὸν μὲν χρυσὸν Ὀνόμαρχος... κατεχώνευσε, κεῖται δ' ἡ βάσις*. Cf. Hdt. I 50 *οὗτος ὁ λέων, ἐλείπετο κατακείμενος ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός, κατέλεσε... καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ*... cf. I 14. 51. IV 162.

[2]) Tales de natura rerum aetiologiae saepe apud Herodotum inveniuntur cf. IV 29 (item de frigoris vi). II 20, 26 cet.

που... Ut autem in his verbis *ὀλίγος ὁ οἶνος αὐτοῖς* sc. *ἐστιν*, ita innumeris aliis locis tales dativos cum verbis *εἶναι* et *γίγνεσθαι* structos reperimus, velut 445, 26 *κηδεστὴν ὄντα οἱ*. 454, 12 *αὐτῷ κηδεστής ἐστιν*, sed id Herodoti non proprium est. Singularis autem apud Appianum collocatio dativi est 1093, 7 *διὰ γάρ σοι τοῦτο ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ σὸν ἄνευ σπονδῶν ἐλήλυθα*. cf. Krüger gr. Gr. II 68, 5, 2.

Genetivus reflexivi pronominis semel abundanter ad comparativum additus est 342, 15 ...*ἀλογωτέρους γιγνομένους ἑαυτῶν* sicut Hdt. II 25 *αὐτὸς ἑωυτοῦ ῥέει πολλῷ ὑποδεέστερος ἢ τοῦ ὄμβρεος*. (cf. 765, 8 *ἔκφρων αὐτοῦ γενόμενος*).

Plura Herodotea apud Appianum usus pronominis indefiniti *τὶς τὶ* praebet. Ac primum ille quoque ionicam quae vocatur anastrophen imitatus est, quam Herodotus saepissime adhibuit: *τῶν τις Ἑλλήνων* I 51. *τῶν τις Ἰουδαίων* I 71. *τῶν τις Περσέων* I 85 cet. Haec collocatio apud atticos non invenitur nisi attributo interposito cf. Krüger I 47, 9, 20. Recentiorum autem scriptorum eam usurparunt Arrianus (v. Grdm. p. 55), Pausanias (v. Pfundtn. p. 30), Aelianus (hist. an. I 4 b. I 16. IV 1 cet.) Lucianus, Plutarchus, Procopius (v. Siebelis Praef. ad Paus. p. 20). Appianus vero his locis: 55, 5 *τῶν τις συγγραφέων*. 95, 16 *τῶν οὖν τις ἱλάρχων, Κομ.* 381, 17 *τῶν τις Μακεδόνων Ἀλέξανδρος*. cf. 744, 4. 799, 23. 927, 1; 514, 21. 799, 10. 915, 10. 917, 16. 918, 17. attributum inter *τῶν* et *τις* intercedit 90, 13. 976, 14.

Deinde Herodotea imitatio est, quod pronomen *τὶ* abundanter additum est ad *οὕτω δή* his locis: 518, 5 *ὑπονόμους ὤρυττον οὕτω δή τι μεγάλους ὡς*... (*δή τοι* errore V. a.) 747, 4 *ἄλλον στρατόν, οὕτω δή τι καὶ τοῦτον περίφοβον ὡς* .. 833, 25 *ἔθνη, οὕτω δή τι Ῥωμαίοις ἐπίφοβα ὡς*...] »*δή τι* A. i. cf. intpp. ad Hdt. I 163, Mend. Quibuscum conferantur Hdt. I 185 ... *οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιόν, ὥστε*... II 11 *μακρὸς οὕτω δή τι*... II 71 *οὕτω δή τι παχύ*.. *ὥστε*, II 135 III 12, 23 cet. Frequenter etiam Pausanias hoc imitatus est (v. Pf. p. 42); Arrianus scribebat *οὕτω τι* (v. Gr. p. 56).

Simili modo *τὶ* saepe appositum invenitur ad *μᾶλλον* (59, 22. 475, 25. 476, 11. 678, 11. 679, 22... Hdt. I 44, 50...), ad *οὐδέν* (882, 4) (H. V 65, VI 3 ...), ad *οἷον* (216, 12. 299, 10. 701, 1. 702, 2. 765, 10. Hdt. II 20, 143. III 77. IV 187), sed eum usum non licet pro transumpto habere. Sed sine dubio Herodotum imitatus

est Appianus 45,8—10 *πλεῖστόν τι καὶ μαχιμώτατον... χρῆμα Κελτῶν* cf. Hdt. III 109 *πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων.* IV 81 *χρῆμα πολλὸν ἀρδίων,* VI 43... *νεῶν.* Xen. Cyr. II 1, 5 *σφενδονητῶν πάμπολύ τι χρῆμα.* E recentioribus saepius illud praebent Aelianus (h. an. II 8 *ἁλίσκονται πάμπολύ τι χρῆμα* sc. *δελφῖνες*) et Procopius.

De praepositionum usu

non licet tam multa ad Herodoti referre exemplum, quam ei qui imitationes investigare student fere solent.[1]) Nam Herodoto deberi non necesse est quod

πρὸς cum gen. pro *ὑπὸ* post verba passivi generis saepe inveniturcf. Krüger gr. Gr. I 52, 5, 2.

ἐκ pro *ὑπὸ* Kr. I 52, 5, 2. II 52, 3, 1; 5, 1.

περὶ c. dat. Krüg. I, 68, 32. II, 68, 32.

ἀμφὶ c. gen. II 68, 30, 1. c. dat. II 68, 30, 2.

Tamen non dubium est quin etiam Herodoti auctoritas ad praepositionum usum Appianeum moderandum valuerit, praesertim cum certae imitationes inveniri possint, velut

Mithr. 14 (453, 5) *οὔτε Μιθριδάτην ἄν τι βουλοίμεθα πάσχειν ἄχαρι πρὸς Νικομήδους.* H. VIII 143 *οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθέειν* cf. VII 38 (II 141 VI 9).

Exstat autem praepositio *πρὸς* simili modo post verba *ἀδικεῖσθαι,* (Cob.) *ἀναιρεῖσθαι, ἀποθανεῖν, ἀφαιρεῖσθαι, τιμᾶσθαι* alia 12, 4. 25, 13. 52, 11. 112, 17. 200, 3. 228, 19, 276, 10. 323, 15. 324, 34. 336, 10. 347, 15. 357, 22 cet.

Sed ne *ὑπὸ* quidem Appianus neglexit; *τὸ πρὸς* saepe hiatus vitandi causa usurpatum in altera h. diss. parte exponam.

ἐκ pro *ὑπὸ* invenitur post vv. *ἀπαγορεύεσθαι, ἀπολείπεσθαι, καθίστασθαι, ζητεῖσθαι,* alia 423, 6. 446, 23. 486, 1. 490, 6. 498, 23. 528, 10. 591, 14. 625, 18. 638, 5. 709, 21. 719, 9 848, 14....

ἐκ pro *ἀπὸ* ante nomina propria 667, 18. 1165, 20. 1170, 9. (*ἐκ Διός, ἐκ θεῶν* 24, 13. 318, 21 etiam attici moris est.) — *περὶ* c. dat. saepe post verba timendi. — *ἀμφὶ* c. gen. 709, 5. 1173, 3. c. dat. (synon. *περί*) 160, 26. 504, 26. 614, 16. 674, 23. 693, 2. 761, 25. 972, 25. 1143, 18. Adnotandum est in harum quattuor

[1]) Cf. Mücke, Phil. Rundsch. 1885 p. 777.

praepositionum usu consentire Appianum cum Arriano. (v. Grdm. p. 54 sqq.)

Praepositio ἐς apud Appianum haud scio an longe frequentissima sit, cum etiam pro aliis saepe substituatur. Nec desunt Herodoteae similitudines: 139, 21 ἄριστος ἐς ἀρετήν cf. H. III 110 ἐς ἀλκὴν ἄλκιμοι. p. 4, 10 ἦς... ἄρχουσι... ἐς φόρου κομιδήν. Hdt. I 5 τοὺς... ἄλλους κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν. cf. I 27. II 182.

Saepe contractione quadam ἐς pro ἐν legitur: 140, 18 παρῆν ἐς τὸ στρατόπεδον cf. παρεῖναι ἐς Hdt. V 72. VI 1. VI 24. IX 115. Thuc. VI 62. VI 88. VII 50- Xen. an. I, 2, 2. cf. Rehdantz ind. Dem. Quibus locis etiam Dem. I. 8 mea quidem sententia defendendus est, ubi in codd. legitur παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα: Cobet παρῆσαν scripsit, quia hoc solum atticum esset.[1]) E recentioribus etiam Diodorus Siculus et alii, ni fallor, παρεῖναι ἐς usurpaverunt. Omnino tales attractiones quae dicuntur nec apud Atticos inauditae erant et postea magis gliscebant. Itaque nescio qui factum sit ut Mendelssohn coniecturis ter repugnaret: 502, 23 ἐπὶ τὴν ἐς Ῥώμην στάσιν ἐπειγόμενος. Mend. adn.: »Ῥώμῃ Musgr. probabiliter.« Sed cf. Krüger gr. I 50, 8, 14: Is. 9, 1 ἀπεδήμησε μετὰ τῶν ἐς Μυτιλήνην στρατιωτῶν. Xen. Cyr. I 3, 4 τὰ οἴκαδε ποθεῖ. alia.[2]) Refutavit etiam Schenkl l. l. — 544, 4 καὶ ἐθριάμβευσεν ἐς Ῥώμην καὶ ἀπὸ τῶνδε] Mend. »malim ἐν Ῥώμῃ.« Quomodo talis compendiaria locutio explicanda sit cognoscitur ex 355, 20 ἐς Ῥώμην | ἐπανῆλθε καὶ | ἐθριάμβευσεν. — 685, 8 ὡς δὲ καὶ Λεύκολλον ἔμαθεν ὁ Σπάρτακος ἐς τὸ Βρεντέσιον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ Μιθριδάτῃ νίκης ἐπανιόντα, εἶναι, πάντων ἀπογνοὺς... Mend adn.: »venisse C. an τεῖναι?« Infelix praefixi τ remedium. Candidus num potuit ad verbum vertere »Brundisium esse«? Ceterum iam Herodotus scripsit I 21 ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν, quanquam ibi ἀπόστολος ἦν explicari potest ut V 38 ἐς Λακεδαίμονα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγένετο. (Valckenaer coniecit ἦιεν). Sed IX 6 in codicibus P R (z) legitur ἐπεὶ... ἐπιὼν καὶ δὴ ἐς τὴν Βοιωτίην ἐλέγετο εἶναι similiter Appianeo loco 685, 8. Ceteri codices ἐν τῇ Βοιωτίῃ exhibent, quod omnes editores

---

[1]) App. 454, 1 scripsit παρεῖναι ἐπὶ τὴν βουλήν. Dubitat Mend.

[2]) Cf. G. T. A. Krüger, Untersuch. a. d. Gebiete d. lat. Sprachlehre. 1827. Vol III p. 30 sqq.

(praeter z) receperunt. Sed priusquam gravis illa lis de Herodoti codicibus diiudicata sit, illam (ἐς) esse veram lectionem refutari non poterit. Appianum credo ἐς τὴν Βοιωτίην legisse, [1]) quanquam non opus est ea opinione ad 685, 8 defendendum. Sed haec hactenus. Ab Herodoto mutuatus est Appianus etiam locutiones adverbiales ἐς τὰ μέγιστα (216, 9. 866, 21. 949, 20. 993, 19 cf. Hdt. VIII 144. (V 49.) (VIII 20).) et ἐς τὰ μάλιστα (562, 12 v. l. 866,9. 869, 26 cf. Hdt. I 20. II 73, 76, 78. V 28. VI 63, 89.)

De reliquis praepositionibus non multa monenda sunt. ἀνὰ τὸν Νεῖλον πλέοντι scripsit Appianus 3, 17, quod Herodoteum est (v. Krüger gr. II 68, 20, 3), cum attici ἀνὰ cum verbo πλεῖν composuerint: ἀναπλεῖν. Apud Herodotum ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλώειν (»adverso flumine«) exstat I 194. II 96. III 13 IV 18. Etiam Diodorus Siculus saepius sic scripsit, v. Valcken. ad Hdt. III 13. — κατὰ δή τινας χρείας ἐκπέμψαι τινὰ legitur 918, 19, quocum conferre licet Hdt. VIII 106 καταβὰς κατὰ δή τι πρῆγμα (IX 89 πεμφθεὶς κατά τι πρῆγμα). cf. Thuc. I 24, 1 κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον. III 104, 1 κατὰ χρησμὸν δή τινα. Quos locos non tam propter praepositionem ipsam attuli quam quod particula δή cum ea coniuncta est, qua de ratione v. Krüger ad Thuc. I 24, 1, qui etiam Arr. 7, 24, 3 κατὰ δή τινα νόμον Περσικόν comparat. Omnino valde frequenter particulam δή Appianus usurpat, maxime post relativa pronomina, praepositiones, μάλιστα, ὡς, alia. Sed in talibus rebus imitationes probari vix possunt. Similes illi κατὰ δή τινας χρείας sunt etiam loci 1115, 10 ὡς ἐπὶ δή τι μόνου χρῄζων et 280, 16 ὡς ἐπὶ δή τι ἄλλο παρελθών. [2])

---

[1]) Optime convenit quod M. Wehrmann, de Herod. cod. Rom. auctoritate (Halis 1882) probasse videtur similis recensionis atque R. est exemplar iam ante Chr. n. extitisse.

[2]) Recte mea quidem sententia Mendelssohn suspicatus est paullo post illa verba quaedam intercidisse. Narrat enim Appianus illo loco (Pun. 94) de initio tertii belli Punici. Consules postulaverant, ut Carthaginienses patriam urbem desererent. Illi furore et desperatione incitati constituunt ὁτιοῦν παθεῖν μᾶλλον ἢ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν (279, 22). Arma et tormenta incredibili omnium studio parantur. Consules urbem oppugnare cunctantur: διέμελλον ἔτι καὶ ἐνδώσειν αὐτοὺς ἐνόμιζον ἐκ τῆς ἀπορίας. . iam pergit Appianus: ἃ καὶ τῶν Καρχηδονίων τις αὐτῶν εἰκάσας σφῶν ἤδη τὸ δέος ἄπτεσθαι ἐτόλμησεν ὡς ἐπὶ δή τι ἄλλο παρελθὼν ἐς τὸ μέσον εἰπεῖν, ὅτι χρὴ τῶν κακῶν ἐπιλέγεσθαι τὰ μετριώτερα, ὄντας ἀνόλους, οὕτω σαφῶς εἰδότων τὰ τῆς γνώμης. Μασσανίσσης δὲ ἤχθετο

Iam vero imitatio est, quod *ἐπὶ δὲ* et *μετὰ δὲ* adverbialiter interdum praeter Atticorum illud *πρὸς δὲ* usurpantur. Sic legitur 98ᵉ, 19—21 *πρῶτα μὲν — ἐπὶ δὲ — μετὰ δὲ* — cf. Hdt. IX 35 *πρῶτος — ἐπὶ δὲ — μετὰ δὲ — ἐπὶ δέ*. VII 55 *πρῶτοι μὲν — μετὰ δὲ — ἐπὶ δὲ — ἐπὶ δὲ τούτοισι. τέως μὲν — μετὰ δὲ* 28, 15 cf. Hdt. I 11. 86. 94. — *τὸ μὲν πρῶτον — μετὰ δὲ* 19, 20. *πρῶτα μὲν — σὺν χρόνῳ δὲ — μετὰ δέ. εὐθὺς μὲν — μετὰ δὲ* 543, 5. *τά γε πρῶτα — μετὰ δὲ* 727, 6. cf. Hdt. I 19. 30. 128 cet.[1])

Reliquis locis ad *μετὰ* accusativus casus appositus est, ad *ἐπί* dativus: cf. 536, 19 *πρῶτοι μὲν — μετὰ δ' ἐκείνους*. 930, 19 *ἐπὶ δ' ἐκείνοις*. — Atque etiam

de coniunctionum et adverbiorum usu

nonnulla quae Herodoti propria sint apud Appianum inveniuntur. Nam singularis illa coniunctio temporalis *ἐς οὗ* legitur 74, 25. 77, 28 apud Appianum, apud Herodotum I 67. III 31. IV 30. 160. IV 166. V 86. Iniuria igitur Stein[2]) illis sex locis *ἐς οὗ* contra codices in *ἐς ὅ* mutavit, quae coniunctio, item Herodoti propria, saepissime ab eo usurpata est. Imitati sunt Pausanias et Appianus. Ille saepe (v. Pfundtn. p. 38); hic bis: 364, 21. 920, 1. (*ἐς δ διῆλθεν. ἀμύνειν ἐς ὃ δύναιντο*). Coniunctionem *ἕως οὗ* quam Appianus 11, 23 *(ἕως οὗ... συνήγαγον)* usurpavit, utrum ab Herodoto II 143, ubi alii *ἐς ὅ* Struvium secuti scripserunt, an a Po-

---

Ῥωμαίοις... Mend. adn.: »*εἰπόντα τὴν γνώμην* V, em. Schw. sed fortasse quaedam interciderunt.« Sane interciderunt. Nam praeterquam quod conclusio illius narratiunculae valde ieiuna et praeterea coniectura demum effecta est, cum tradita verba lacunam prodant, num ullo modo credibile est Carthaginienses in summo furore et odio ignaviam illius inultam relicturos fuisse? Historia docet populum offensum et exacerbatum ubique eundem esse. Athenienses autem quod quondam de tali proditore fecerunt, Herodotus narrat IX 5: *τῶν δὲ βουλευτέων Ἀνκίδης εἶπε γνώμην, ὡς οἱ ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι, δεξαμένους τὸν λόγον, τόν σφι Μουρυχίδης προφέρει* (sc. a Mardonio), *ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον... Ἀθηναῖοι δὲ αὐτίκα δεινὸν ποιησάμενοι... περιστάντες Ἀνκίδην κατέλευσαν. (αἱ γυναῖκες τῶν Ἀθηναίων... κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα)*. Talis fuit Atheniensium amor patriae, talis fuit Carthaginiensium. Lacuna igitur post *οὕτω σαφῶς εἰπόντα τὴν γνώμην* statuenda est.

[1]) *ἐπὶ δὲ* Arr. quoque saepius scripsit, v. Grd. p. 56. *μετὰ δὲ* Polyb. semel, Diod. semel (v. Krebs I (1884) p. 37 adn.), Lucian. v. Cobet. Var. lect.[1] 302.

[2]) Etiam ante Steinium Wesselingio teste *ἐς οὗ* proscriptum est a Paυwio et Reiskio. Alii inconstantius *ἐς οὗ* tum retinuerunt tum mutaverunt. Codices A B C d *ἐς οὗ* exhibent etiam IV 12. IV 166.

lybio et Dionysio Halicarnassensi mutuatus sit, dubitari potest. — ἐπείτε pro ἐπειδή Appianus Herodoto auctore adhibuit 567, 12. 576, 24. 636, 13. 668, 22. 1054, 8 cf. Hdt. I 14. 27 34. 39. 42. 45. 48. 50. 54. 55. 58. cet. (Cobet), Arrianus semel V 1. 1 (Grdm. p. 62), Pausanias identidem. Sed quod Mendelssohn ad 859, 11 ἔστε Πέδιον...μέμψασθαι adnotavit: »ἔστε O. i., ὥστε scripsit Schw., imitationis Herodoteae immemor,« mihi non contigit ut imitationem indagarem. Immo ἔστε cum inf. structum recentiorum scriptorum est proprium. [1]) Exstat apud ipsum Appianum etiam 542, 9. 640, 21; qui loci Schweighaeuserum casu fugerant. — De coniunctionis πρίν usu Appianeo imitatio probari non potest.

Praeterea tria sunt quae Herodoti memoriam excitent. Primum οἷα et οἷα δή raro Attici pro ἅτε ante participia verborum usurpaverunt (cf. Krüger gr. I 56, 12, 2. ad Thuc. II 5, 2), saepe Herodotus (Kr. II 56, 12, 1) et Appianus, nisi quod hic participium verbi substantivi plerumque omisit, ut οἷα cum solo nomine exstet 61, 18. 267, 13. 402, 19. 517, 20. 521, 2. 527, 2. al. οἷα δή 121, 12. 534, 25. 578, 1. cf. Hdt. I 66. III 78 (οἷα ἐν σκότει) VI 12 al. Pausanias, Aelianus, alii recentiores cum Appianeo usu consentiunt, sed etiam apud poetas οἷα sine participio saepius exstat (v. Pflugk ad Eur. Andr. 912). — Item ἅτε sine participio saepe Appianus usurpat (396, 25. 478, 4. 674, 2. 960, 2...) sed id etiam atticum est (v. Krüg. I 56, 12, 3). — Deinde ὅτι μή Herodoteo more pro εἰ μή (πλήν) Appianus interdum usurpavit, v. 50, 11 χώραν ἔχοντες ὅτι μὴ πρὸς δημητριακοὺς καρπούς, τῶν ἄλλων ἄγονον καὶ ἀφυᾶ. Hdt I 193 χωρέων ἀρίστη Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν cf. IV 198). Hdt. I 143 ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον cf. I 18 II 13. II 50... App. 62, 5. 62, 9. 306, 27. Krüger II 65, 5, 1.

Tum ὅπου vel ὅπου γε sensu causali apud Atticos admodum raro legitur (v. Krüger ad Thuc. VIII 27, 2), apud Herodotum frequenter (I 68. 192. IV 195. VII 118. 160. al.) Appianus sic scripsit 397, 24. 597, 19. 1049, 18. 1156, 5, sed eodem modo etiam Plutarchus. Haec de coniunctionibus et adverbiis erant dicenda.

Restat ut exponatur, quatenus ab Herodoto Appianus mutuatus esse videatur singularia nomina, verba, locutiones. Neque contemnenda sunt haec vocabulorum argumenta. [2]) Nam etsi nonnulla per se in-

---

[1]) Cf. Krüger ad Arr. II 1, 3. Krebs, Praepositionsadverbien s. v. ἔστε.

[2]) Simodo caute adhibentur, qua de re v. pg. 2. 3. 38.

firma sunt, tamen inter se quodammodo stabiliunt, et locutionum multae sunt eiusmodi, ut Appianum certum quendam Herodoteum locum respexisse appareat. Atque videamus

I. de nominibus substantivis:

(ἡ ἄνυδρος 832, 23 *(ἄνυδρον πολλὴν ἐς Ἄμμωνος ὥδευεν).* — Hdt. III 4 *(διεκπερᾶν).* — Theophr. Athen. 2, 44 E.)

δουλοσύνη 1002, 18. (Cob.) — Hdt. I 119. III 19. 88. . poet.

ἐκβολαὶ τῆς μάχης »viae exeundi« 1046, 24 *(τοὺς ἱππέας ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὰς ὁδούς τε καὶ ἐκβολὰς τῆς μάχης, αἱρεῖν τοὺς ἀποδιδράσκοντας).* — Hdt. IX 38 (39) *τοῦ Κυθαιρῶνος (τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κυθαιρῶνος φυλάξαι, λέγων ὡς ἀπολάμψοιτο σιγχνούς)* — Plut. Demetr. 48. v. l.)

ἤθη »sedes consuetae« 153, 17. — Hdt. I 15. I 157. IV 76. 80. . . . — Hom. Eur. Dio Chrys. Arr. (v. Gr.) Ael. alii.

ὁ θεός Sol 1002, 1 *δύνοντος ἄρτι τοῦ θεοῦ* cf. 1007, 11. — H. II 24 *τῆς γὰρ ἂν ἀγχωτάτω ἧ χώρης οὗτος ὁ θεός. . .*

μοῖρα »pars terrae« 3, 20 *καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μοῖρα Ἀράβων.* 5, 19 *κατὰ δὲ γῆν περιοδεύοντι μοιρά τε Μαυρουσίων ἂν εἴη.* cf. 47, 25. 52, 18). — H. I 75, *ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοῖραν.* III 91 *πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων* cf. I 82. 106. V 57. VIII 23. IX 65 — Paus. al. — — *μοῖρα* »partes (factio)« 795, 5 *τῆς Πομπηίου μοίρας* cf. 921, 8. 925, 11. 980, 25. 1049, 12. — H. V. 69 *τὸν Ἀθηναίων δῆμον. πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μοῖραν προσεθήκατο.* — — *μοῖρα* »fatum« 429, 20. (v. p. 8). 911, 12. — H. I 121. III 142. IV 164.

(*ὀψία δείλη* 905, 25. — H. VIII 9 — Thuc. VIII 26. III 74).

χειρώναχτες 275, 19. — H. I 93. II 141 — Luc. somn. c. 9. v. Pollux I 50 *τὸ χειρώναχτες Ἡροδότῳ δεδόσθω.*

II. de adiectivis:

(*ἄλχιμος* 202, 15. 357, 3. 719, 24. 787, 2 *(ἔθνους ἀλκίμου καὶ χαίροντος ἀεὶ μάχαις)* — Hdt. I 201 *ἔθνος. . . μέγα. . . καὶ ἄλκιμον.* cf. I 79. 103. II 102. . . — poet. Xen. Plat. — Pol. Plut.)

ἀξιαφήγητος 945, 15 — Hdt. I 16. 177. II 99. 137. V 57. Jos. A. I. 15, 11, 5. Arr. pr. 1, 4. Dio C. 48, 50.

(*ἀοίδιμος* 65, 24 *Ἀννίβαν τὸν οὐ πολὺ ὕστερον ἀοίδιμον ἐπὶ στρατηγίαις.* 949, 19 *Κικέρων ἐπὶ λόγοις ἀοίδιμος ἐς ἔτι νῦν ἀνήρ.* 166, 24 *μάχη.* — H. II 135 *ὕστερον ταύτης. . . Ἀρχιδίκη ἀοίδιμος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα ἐγένετο* cf. II 79. poet. Dion. Hal. Luc. alii.)

ἀσινής incolumis 1143, 20. — H. II 114. 181. VII 146. VIII 19, 116. IX 5 Hom. Aesch. recc. *ἀσινῶς* Xen.

βαρυσυμφορώτατος v. pg. 11. H. I 45. Dio Cass. 78, 41.

εἰρηναῖος 198, 20 *Ῥωμαίοις μὲν καὶ Καρχηδονίοις εἰρηναῖα ἦν ἐς ἀλλήλους.* — H. VI 43 *καί σφι ταῦτα μὲν εἰρηναῖα ἦν* (cf. VI 57.) — — *οὐδὲν εἰρηναιόν* 40, 13. 843, 22. — Thuc. I 29. (Hdt. II 68 *τρόχιλος εἰρηναιόν οἱ ἐστι*). Ael.

ἔμφυλος (= *ἐμφύλιος*): *φόνος ἔμφυλος* 566, 3. *χειρῶν ἔργον ἔμφυλον* 565, 6. — Hdt. VIII 3 *στάσις ἔμφυλος*. poet.

(*ἰσοπαλής* 375, 11. — H. I 82 cf. V 49. Thuc. II 39. IV 94. Plat. Tim. 62. E.)

(*καθαρός* de exercitu: remotis *τοῖς ἀχρείοις* 304, 1. — Hdt. I 211 *καθαροῦ στρατιοῦ (λειφθέντος τοῦ ἀχρηίου)* cf. IV 135)

πεδιάς 181, 14 *γῆ... πεδιὰς γάρ ἐστιν.* — H. IV 47 *γῆ ἐοῦσα πεδιάς* IV 23 *πεδιάς τε γῆ* cf. IX 122 poet. Plat. legg. I 624. D. Pol. Ael. Paus.)

περιδεὴς γίγνομαι 131, 20. 627, 12 — H. V. 44. VII 15. Thuc. III 80. VI 51. (Plat. c. gen.)

πίσυνός τινι 545, 4 *κλέος ἦν, ᾧ δὴ πίσυνος* cf. 716, 6. 730, 14. 771, 7. — H. VII 10... *πάτρως ἐὼν Ξέρξῃ, τῷ δὴ καὶ πίσυνος ἐών* cf. I 66. 73. II 141... Thuc. II 89. V 14. VI 2 poet.

(*ὕπτιος* planus 480, 2 *ὕπτιον ... πεδίον.* 932, 24 *νησῖδα βραχεῖάν τε καὶ ὑπτίαν.* — H. II 7... *Αἴγυπτος ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἔνυδρος* Polyb. Ael. h. an. 16, 15.)

ὑπομαργότερος 1099, 8 (Cob.) *Κέστιος δέ τις αὐτῶν ὑπομ.* — H. III 29 *Καμβύσης, οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος* cf. III 145. VI 75 — Dion. Hal. A. R. 3, 2.

III. De adverbiis et sim:

ἐξ ἀέλπτου 111, 25. 159, 10. 223, 23. 290, 14. 302, 25. 744, 21. 1123, 7. 1158, 1. — H. I 111 (*ἐξ ἀέλπτων* Aesch.) Eur.

ἀκόσμως φεύγειν, διαδιδράσκειν, sim. 165, 24. 211, 19. 231, 25. 290, 10 al. — H. VII 220 *ἀκόσμως οἴχεσθαι.* — Aesch. (Pers. 366, 414).

ἰλαδόν 749, 4 codd. i: *εἰλαδόν.* — Hdt. I 172 *ἰλαδόν* P (z) *εἰλαδόν* cett. — Hom. Hes.

IV. De verbis:

ἀμείβεσθαι (*ἀποκρίνεσθαι*) c. acc. 809, 1. 855, 11. 863, 28. 870, 18. 963, 19. 990, 13. 1179, 7 (Cob.) — H. I 35. 40. 42. 115. (absol.) c. acc. I 35. 43 120. II 173. Hom. Tragg. Plut. Luc. — —

ἀμείβεσθαί τινά (τινι) »gratiam referre«: 89, 2, 5. 700, 14. 879, 26. 976, 25. 1015, 14. 1019, 4. 1020, 18. — H. I 41, 42. IV 97. poet. (Pind. Tragg.) Xen. (Mem. 4, 3, 15). Dem. 20, 6. Hel. Luc.

ἀναθρώσκειν ἐπὶ τὸν ἵππον 483, 3 Hdt. III 64. — Sed insolenter 591, 1 ἡττώμενος αὖθις ἐς τὸ ὄρος ἀνέθορεν. 804, 21 ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέθορον. 1086, 24 Λεύκιος ἀνέθορεν αὖθις ἐς τὴν Περυσίαν multoque audacius 1132, 8 ἐκθορὼν ἐκ τῆς Μεσσήνης cum classe multarum navium! Tam mire interdum poetica verba in ieiunum sermonem transtulit Appianus. Nec solus inter aequales talia scripsit, sed omnes utuntur illa quam Krüger vocat »buntscheckige Reminiscenzengräcität.« Ceterum ea vocabula poetica, quae etiam apud Herodotum inveniuntur, in hoc conspectu verborum Herodoteorum fere posui, sed talia admodum dubia esse apparet. An cum Appianus adiectiva ἀδήριτος, ἀρειμανής, ἀμείλικτος, ἀμφίκλυστος, βαθύμαλλος alia aliunde receperit, eundem ἄλκιμος, ἀοίδιμος ab Herodoto mutuatum esse certum est? —

ἀνακύπτειν: τοῦ μηδ' αὖθις ἀνακύψαι τὴν δημοκρατίαν 1066, 23 (cf. 80, 4 πατρῴα εὐπραξία ἀνακ.) — H. V 91 δήμῳ ἀχαρίστῳ, ὃς ἐπείτε ἀνέκυψε (Pol. 1, 55, 1. τὰ τῶν Καρχηδονίων cf. Diod. 13, 88. 14, 9. D. C. 47, 39.)

ἀναλαμβάνειν συμφοράν, πταῖσμα, αἰσχύνην 34, 1. 113, 12. 155, 18. — H. V 121. VIII 109. VII 231. τρῶμα, κακότητα, αἰτίην. Soph. Eur. ἁμαρτίας. Arist. I 167, 17. Pol. Diod. Sic.

ἀποσείεσθαι 214, 23 Σύφακος τὸν ἵππον ἔβαλεν· ὁ δ' ἀπεσείσατο τὸν δεσπότην. 779, 15 Λαβιηνὸν μὲν ὁ ἵππος... ἀπεσείσατο. — Hdt. VII 88 ἵππος... ἀπεσείσατο τὸν Φαρνούχεα... ἐς τὸν χῶρον ἐν τῷπερ κατέβαλε τὸν δεσπότην. IX 22 ἵππος ἀποσείεται τὸν Μασ. cf. Xen. Cyr. 7, 1, 37. Hdn. II 9. 6.

ἀράσσεσθαι πρὸς πέτρας 1132, 18 cf. 1134, 25. 1135, 20. — H. VI 44. Diod. Sic. 3, 44. 17, 18. Paus. poet. — — ἀπαράσσειν τὴν κεφαλὴν ἐς τὰ τείχη 702, 22 (Nauck. coni. ἀράσσειν πρὸς iniuria.) — H. V 112 ἀπ. πόδας. VIII 90 ἐπιβάτας. Soph. Trach. 1015 κρᾶτα. Dion. Hal. Dio C. Philostr. Jos. b. I. 3, 7, 23 ἀπ. κεφαλήν. — — καταράσσειν 207, 10 τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν cf. 355, 1. — Hdt. IX 69 τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς τὰς πέτρας iam Valckenaer perspexit imitationem. — — συναράσσειν 1130, 21. 1135, 22. 1136, 13 ἐς, ἐπὶ πέτρας. — H. VII 170 (cf. II 63) Hom. Eur. recc.

διαδείκνυμι 861. 16. 1037, 5. 1054, 3. — H. I 31. 73. II 134. 162. III 72... Plut. Arat 9.

διακριθῆναι μάχῃ 157, 6 (*πολέμῳ, ἑνὶ ἔργῳ* 620, 13. 673, 1. 680, 16. — Hdt. IX 58.

ἐγχρίμπτειν 310, 27. 779, 24. 1129, 6. — Hdt. II 60. 93. III 85. IX 98. ion. poet.

ἐκδέχεσθαι 15, 12 *τοῦ Φαύνου τελευτήσαντος ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν ὁ Αἰν.* cf. 107, 22. 153, 3. 244. 23. 258, 23. 424, 18. de 436,20 v. pg. 25 sq. cf. 138, 20. — Hdt. I 26 *τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω ἐξεδέξατο τὴν ἀρχὴν Κροῖσος.* cf. I 107. VIII 44. Arr. Luc.

καταδιδόναι ἐς 6, 3 *Ἴστρος ἐς τ. Εὔξεινον πόντ.* — H. IV 85 *ἐς τὸν Ἑλλήσποντον.* Plut. Fab. 6.

καταθρώσκειν 165, 29 *καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων.* 498, 1 *ἀπὸ τ. χαρακώματος* cf. 629. 22. 1140, 4. — H. III 96 *καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων.* VII 192 *ἀπὸ τ. ἄκρων* cf. VI 134. Hom. (in tmesi). (Nonn. Triphiod.)

κατακούειν τινί 426, 3 *πάντα Σελεύκῳ κατήκουεν.* (quater *τινός* exstat.) — III 88 *οὐδαμὰ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι* (Schweigh. Mend.)

(*κατασκήπτει φήμη* 862, 12. 874, 21 acc. c. inf. — H. VII 134. 137 (*μῆνις*). cf. VIII 85. Th. II 49. poet; recc.)

λεσχηνεύειν 321, 10. 378, 23 (Cob.) 775, 10. 798, 26. *συλλεσχηνεύειν* 782, 9 (Cob.) — Ion. (Heracl. Democr. Hipp.) Hdt. *προλεσχηνεύεσθαι* VI 4. *περιλεσχήνευτος* II 145. *ἀπικέσθαι ἐς λέσχην* II 32. *γενομένης λέσχης* IX 71.

ᾠκῆσθαι, κατῳκῆσθαι 5, 13. 13, 11. 94, 21. 350, 2; 37, 29. — H. I 28. 27. 172. 193...; IV 8. 116. Thuc. I 120. II 96. 99...

παλιλλογεῖν 452, 25. 873, 4. — Hdt. I 118. Arist. rhet. ad Alex. I 21.

(*παρίστασθαί τινα λιμῷ, μάχῃ* 49, 25. 360, 24. 476, 9. 650, 23. 1156,12, sed intransitive 606, 3 *χρόνῳ δὲ καὶ λιμῷ παρεστήσαντο οἱ πολέμιοι* (Mend.) — Transitive H. III 45. Attici. sed III 155 *θᾶσσον παραστήσονται οἱ πολέμιοι.* (sim. *παρέστησαι* III 13. V 65. VI 140. Dem. 22, 15. Paus.)

περιελθεῖν: ἡ ἀρχὴ π. ἐς τινα 554, 4. 1056, 17. — Hdt. I 7. 120. 187. II 120. III 65. 140. VI 111. Plat. Paus. (III 6, 1.) — — 14, 7 *τὰ Ῥωμαίων ἐς μοναρχίαν περιῆλθε* cf. 420, 20. 546, 18.

564, 7. cf. 570, 9. 305, 23 *Ἀσδρούβας... ἐς τυραννίδα μᾶλλον ἢ στρατηγίαν περιῆλθεν.* — Hdt. I 96 *(Μῆδοι) ἐς τυραννίδα περιῆλθον.*

προσεταιρίζεσθαι 89, 11 *ὁ Σκιπίων προσέταξε τοῖς συνοῦσιν οἱ βουλευταῖς ἕκαστον τῶν ἐξάρχων τινὰ τῆς στάσεως προσεταιρίσασθαι προσιόντα* cf. 466, 20. 695, 18. 878, 24. — Hdt. III 70 *καὶ ἔδοξέ σφι ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσεταιρίσασθαι τοῦτον τῷ πιστεύει μάλιστα* cf. V 66. (Dion. Hal. Plut.)

σαγηνεύειν (Cob.) 506, 23 *Καππαδοκίαν σαγηνεύσας.* — Hdt. III 149 *Σάμον σαγηνεύσαντες.* VI 31 cf. Plat. legg. III 698 D.

συγγιγνώσκειν c. acc. c. inf.: »intellegere« 18, 6, 49, 2. 748, 18 cf. 842, 13. *ὅτι* 87, 22. — Hdt. I 89. 91. IV 43. — (625, 17 *συγγιγνώσκων ἑαυτῷ ζητουμένῳ* cf. 867, 1. H. V 91.) (*σ.* c. acc. rei: conscium sibi esse al. rei 431, 3. 1179, 23) (*σ.* c. dat. ptc. 647, 16. 867, 1 cf. 530, 16: conscium esse alicuius rei).

συμπίπτειν κακῷ 69, 10. *χειμῶνι* 374, 18. *ἀπιστίᾳ* 1166, 12. *ἐς: ἐς πόλεμον ἀλλήλοις* 547, 11. *ἐς ἀλλήλους* 569, 17. *ἐς ἐμφύλια* 834, 11. (Mend. coni. falso *ἐμπεσών* v. P. II s. v. *ἐν.* — H. III 52 *ἀσιτίῃσι. κακῷ* Soph. — (H. VII 137 *μῆνις σ. ἐς τινα*). IX 55 *ἐς νείκεα συμπεσόντες ἀπικέατο* sc. *ἀλλήλοις.*

συμφέρεσθαι: κακοῖς 126, 4. *συνηνέχθη μεγάλῳ κακῷ* 409, 22. *ἐνέδρᾳ, συμπτώμασι, ἀλόγῳ θυμῷ* 180, 21. 462, 23. 1137, 12. 1151, 7. — H. VI 50 *ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ.* — — *συνηνέχθη τι (πάθος, συγκύρημα* al.) 12, 11. 55, 3. 436, 16. 486, 17. 836, 3. 979, 3 cf. 425, 2. 434, 13. — Hdt. III 10 *πρῆγμα.* VI 86 *τάδε.* Thuc. VII 44. VIII 84. — — *συνηνέχθη* c. nom. c. inf.: 188, 27. 425, 2. *ὃ καὶ (τότε) συνηνέχθη γενέσθαι* 404, 12. 647, 7. cf. 670, 1. — Hdt. I 19 *συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα.* V 33 *πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι* cf. II 112. VI 86, 1. Th. I 23. VII 44. VIII 83. Arr.

τεθήπασι al. 150, 26. 911, 18. 925, 23. 943, 26. 946, 16. — Hdt. II 156. Hom. Pind. Plut. Luc.

τίνυσθαί τινα 43, 11. 793, 24. 1095, 11. *ταῦτα* 437, 6. — Hdt. V 77 absol. Hom. Hes. Eur.

ὑπαντιάζειν τινά 444, 20. 851, 11. — Hdt. IV 121. Pind. — Plut. Luc.

(*ὑπερβάλλεσθαι τὴν ἡμέραν* 142, 4 »prorogare, proferre« — H. IX 45 *τὴν συμβολήν.* cf. IX 51 *ὑπερβ. κείνην τὴν ἡμέρην συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι* (Plat. *εἰς αὖθις*).)

φέρειν ἔς τι: ἐς δόξαν εὐτυχίας ἔφερεν, ὅτι...408, 20. — Hdt. I 10 *ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει.* III 113 *ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα.* Apud Herodotum Valckenaer illud *ἐς* utroque loco deleri maluit, quod I 10 deest in R. b. d. z., III 133 in P. R. d. z. Sed Schweighaeuser (Vol. III 558) hanc esse imitationem monuit. Similia, sed paullo diversa exempla sunt Hdt. IV 90 *τά τε ἄλλα ἐς ἄκεσιν φέροντα.* VIII 137 *...εἴη τέρας καὶ φέροι ἐς μέγα τι* cf. I 120. IX 33 *μαντήιον φέρον ἐς ἀγῶνας.* Cuiusmodi locis confisus Mendelssohn ad 836, 17. 18. (B. C. II 152) *οὕτω μὲν αὐτοῖς τὰ πρῶτα ἄλοβα ἐς κίνδυνον ἦλθε θανάτου, τὰ δεύτερα δὲ ἐς τὸν θάνατον αὐτόν* proposuit pro *ἦλθε* scribendum *ἤνεγκε.* Sed *ἦλθε* dictum est, ut *ἀπαντῆσαι* 427, 19 *καὶ τὰ σημεῖα ἐς τέλος ἀμφοῖν ἀπαντῆσαι.* Tolerari igitur potest.

χρῆσθαι νόσῳ »laborare morbo« 673, 22 *ἔνθα νόσῳ τηκεδόνι χρώμενος ἀπέθανεν. (τηκεδὼν = φθίσις* ex Hom. *λ.* 201.) — Hdt. I 117 *τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς* »tali morte periit.« (Mend. ad 673, 22 comparavit Hdt. I 42 *συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον.*)

V. De aliis locutionibus:

ἄκρος ὀργήν »praeceps in iram« 143, 14. 542, 23. 666, 5. 669, 20. 678, 21. — Hdt. I 73 *ἦν γὰρ ὡς διέδεξε ὀργὴν ἄκρος.* (codd. *οὐκ ἄκρος).* Iam Wesseling, Schweighaeuser, Cobet imitationem indicaverunt. Dio Cass. I 59 (Reiske).

ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι 473, 8. — Hdt. II 45. Thuc. II 84 (cf. III 108) (*πρὸς ἀ.* Hdt. III 78. IV 125. IX 102. Plut.)

ἀνά τε ἔδραμεν: B. C. I 110 (676, 5) *ὡς δ' ὤφθη... ἀνά τε ἔδραμεν ὁ Σερώριος... καὶ ἠκροβολίσατο.* B. C. II 33 (718, 23) *Ἀντώνιος ἀνά τε ἔδραμε τῆς ἕδρας σὺν ὀργῇ καὶ* — Hdt. III 78 *ἐπεὶ ὦν εἶδον... ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι ... καὶ... πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο.* VII 15 *ἀνά τε ἔδραμε ἐκ τῆς κοίτης καί.* VII 218 *ἀνά τε ἔδραμον οἱ Φωκέες καὶ...* I 66. VII 156 *ἀνά τε ἔδραμον* »crescere« metaphorice de civitatibus. — —

Krüger ad Hdt. I 66 attulit 718, 53; Mend. ad 718, 23 adn. cf. Stein ad Hdt. II 141« (scil. *κατὰ μὲν φαγεῖν — κατὰ δὲ*), ad 675, 5: »Herodoteum«.

ἀναστάστους ποιεῖσθαι ἐς: 506, 24 *Καππαδοκίαν σαγηνεύσας... μυριάδας ἀνθρώπων ἀναστάστους ἐς Ἀρμενίαν ἐποίη-*

σε cf. 485, 22 *ἀν. ἐς Μιθριδάτην γενόμενοι* — Hdt. V 12 *Παίονας ἀναστάστους ποιῆσαι... ἐς τὴν Ἀσίην.* VI 9 *ἀ. π. ἐς Βάκτρα.* cf. III 95. IV 204. VI 32. VII 80. Polyb. *(ἄγειν)* Plut. Arr.

[*ἄνεσις κακῶν*] : 567, 23 (B. C. I 3 fin.) *ὧδε μὲν ἐπὶ βραχὺ ἐλῆξαν αἱ στάσεις· αἱ ἐπὶ Σύλλα, καὶ κακῶν ἀντίδοσις ἦν ὧν ὁ Σύλλας εἰργάζετο. Μετὰ δὲ Σύλλαν αὖθις...* — cf. Hdt. V 28 *οἵτος μέν νυν τοσαῦτα ἐξεργάσατο στρατηγήσας, μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον ἄνεσις κακῶν ἦν, καὶ ἤρχετο τὸ δεύτερον.* Cobet pro *ἀντίδοσις* scribendum iussit *ἄνεσις* valde speciose. Tamen quamvis prono ad imitationes agnoscendas mihi non persuasit. Sed laudo Schweighaeuseri verba: »Cogitaveram *κακῶν ἔνδοσις* (intermissio malorum) sed nihil temere innovandum«; atque recte vertitur »ipso Sulla compensante calamitates a se illatas.« De Mend. tribus coniecturis v. adn. crit. ad h. l.

ἀποῤῥίπτειν πολλὰ (ταῦτα) ἔς τινα (= βλασφημεῖν) 867. 26. 898, 21. — H. VIII 92 *ταῦτα μὲν... ἀπέῤῥιψε ἐς Θεμιστοκλέα* cf. IV 142. I 153. VII 13. Luc.

ἀσκεῖν δικαιοσύνην: 293, 9.... *ὃς... ἤσκει δικαιοσύνην, δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀμφίλογα.* — Hdt. I 96 *Ληιόκης δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε...* 97... *τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν.* — *(δ. ἀσκ.* etiam att.)

ἀφειδῶς διδόναι 716, 4 (B. C. II 30) ...*ἐδίδου γὰρ ἀφειδῶς.* — H. I 163.. *ἐδίδου δὲ ἀφειδέως.* (*ἀφειδῶς κτείνειν* 522, 4. *ἀφ. φονεύειν* H. IX 39. Plut. Hdn. al.)

βουλεύειν δρασμὸν 515, 8 *ὡς δὲ..., δρασμὸν ὁ Μιθριδάτης ἐβούλευε.* — Hdt. VIII 97 *Ξέρξης δὲ δρησμὸν ἐβούλευε.*

Hunc locum Appianum respexisse eo probabilius est quod quae de Mithridate narrantur, Xerxis fugam Appiano in memoriam facile revocabant: *ἐβούλευε, καὶ ἔφευγε νυκτὸς αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῶν νεῶν ἐς Πάριον* (sicut Xerxem navibus profugisse nonnulli dicebant: Hdt. VIII 118) *ὁ δὲ στρατὸς αὐτοῦ κατὰ γῆν ἐς Λάμψακον.* Atque ut Mithridatis exercitus fame pestilentiaque in itinere laborabat, ita Mithridatis ad Cyzicum: Hdt. VIII 115 *ποίην κατήσθιον ... ταῦτα δ' ἐποίευν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς... διέφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νουσέοντας...* App. p. 515, 1 sqq. *ποηφαγοῦντες ἐνόσουν... λοιμὸν ἐπῆγεν ἐπὶ τῷ λιμῷ.* (NB. Hdt. VIII 117 *οὐδένα κόσμον ἐμπιπλάμενοι* (sc. post famem)... *ἀπέ-*

ἡνησχον... πολλοί: App. 916. 6 *Λέκμῳ... ὁ... στρατὸς ἐνόσει πιμπλάμενος ἐκ λιμοῦ*). — — Praeter *δρασμὸν βουλεύειν* invenitur *βουλεύειν αὐτομολίαν* 511, 16. 519, 24. 1146, 12. — Hdt. *β. δρ.* V 124. VIII 100. (Med. VIII 4. 18. 65.) Pol. Plut. Arr.

ἐς γόνυ βάλλειν 829, 20 *Ῥώμην,* 280, 21 *τὴν Καρχηδονίων δύναμιν.* — *καταβάλλειν* 212, 18; *ῥίπτειν* 858, 3; *κλίνειν* 876, 26; *πεσεῖν* 244,12. — Hdt. VI 27 (v. Wesseling). Aesch. Pers. 930 (*ἐπὶ γόνυ κέκλιται*). Ael. V. H. 3, 17.

δεινὰ ποιεῖν 522, 17 *διεφθείροντο... βρόχοις δεινὰ ποιοῦσαι.* — Hdt. III 14 *κλαιόντων καὶ δεινὰ ποιεύντων* (comp. Mend.) cf. II 121 *ε.* V 41. VII 1. IX 33. Thuc. V, 42. Andoc. 1, 63. [Dem.] 25, 60. (Krüg.)

δονεῖσθαι πολέμοις 978, 25 *πάντα πολέμοις ἐδονεῖτο.* — Hdt. VII 1 *ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα καταλεγομένων...* cf. Herodian. 7, 5, 19.

δεύτερα τούτων 288, 14. — Hdt. III 80. VII 112.

δεύτερος οὐδενὸς 202, 18 *οὐδενὸς Καρχηδονίων δ.* — I 23 *κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον.*

Ἑλλὰς γλῶσσα 941, 16. — Hdt. VI 98. IX 16. Poll. (*Ἑ. φωνή:* Philostr. Luc. *πόλις, χώρα, γυνή:* Hdt. Tragg. D. H. Philostr.)

ἐς ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν 347, 23. *περιφέρειν* 787, 11. *λήγειν* 1056, 6. cf. 659, 5. *ἐς ἔσχατον λιμοῦ τετρυμένος* 907, 1. *ἐ. ἐ. ἀφῖχθαι λιμοῦ* 908, 1. *ἀπορίας* 223, 7. *κινδύνου* 693, 24 (cf. Dem. 59, 1. Paus. 1, 9, 6.) — Hdt. I 22 *λῆν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ.* II 129 *τετρυμένος ἐ. τὸ ἐ. κ.* (attulit Mend., sed iniuria inde *(τὸ) ἐ.* 659, 5 proposuit). *ἐ. τ. ἐ. κακοῦ ἀπῖχθαι* VIII 52. *ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι* IX 118. cf. VII 118.

ἡβηδὸν (κτείνειν) 103, 15 *κτείνειν... ἅπαντας ἡβηδόν* cf. 148, 25. 247, 5. — Hdt. I 172 *ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι ἡβηδόν* cf. VI 21 *πάντες ἡβηδόν.* Heraclit. fr. 114 B. — Diod. Sic. Luc. al.

ἰᾶσθαι κακῷ τὸ κακὸν erat notum proverbium, sed haud scio an non fortuito simillima sint verba: 22, 18 *σὺ δὲ μὴ ἀνιάτῳ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ* (cf. 567, 7 al.) — Hdt. III 53 *μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ.* Aesch. fr. 339 N. *μὴ κακοῖς ἰῶ κακά.* alii. (Polyb. V 11).

λόγον διδόναι 268, 7 *καὶ λόγον αὐτοῖς διδόντες ὡς.* — H. I 34. 97. 209. ... Soph.

ἐπὶ λύμῃ »ludibrii causa« 51, 24 *ἦγεν αἰχμάλωτον ἐπὶ λ.*

— H. II 121 δ: ἐπὶ λύμῃ ξυρῆσαι. III 14 κατίσας ἐπὶ λ. Ael. h. an. I 31. V 2. X 29.

μεγέθει μέγας 614, 7 ἀνὴρ μεγέθει μ. — I 51 μεγάθεϊ μεγάλους. VII 117 μεγάθεϊ μέγιστον. Arr. Paus. Aelian. I 55. II 11.

νὺξ ἐπελθοῦσα 97, 21 ἐπέδραμον μέχρι νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν. 116, 18 νὺξ ἐπ. περιέσωσεν. — Hdt. VIII 11 ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν.

ὁ νοῦς τοῦ βουλεύματος 575, 25 Γράκχῳ δ' ὁ μὲν νοῦς τοῦ βουλεύματος ἦν οὐκ ἐς εὐπορίαν ἀλλ' ἐς εὐανδρίαν. — Hdt. I 216 νόος τῆς θυσίης (codd. νόμος. corr. Krüg.) IV 131 ἐπειρώτεον τὸν νόον τῶν διδομένων. IX 98 νόος τοῦ πρήγματος. (VII 162 νόος τοῦ ῥήματος v. edd.) Pol. Plut. Arr. Luc. Gramm. Arr. IV 1, 2 ὁ δὲ νοῦς τῆς πομπῆς ἐς κατασκοπήν τι μᾶλλον ἔφερε. Tantam exemplorum copiam non adscripsissem — neque enim Herodotea imitatio certo demonstrari potest — nisi eis simul exponere voluissem falsum esse quod editores 663, 19 cum codicibus exhibent: ὁ μὲν δὴ νοῦς τὴν γνώμην ἐς αὐτὸν ἔφερε τὸν Σύλλαν (praecesserunt enim verba ὁ δὲ Σύλλας ἐπέστελλε τῷ Φλάκκῳ γνώμην ἐς τὸν δῆμον ἐσενεγκεῖν... ut aliquis in complures annos dictator diceretur). Iamdudum Musgrave coniecit τῆς γνώμης, quod coll. 575, 25. Arr. IV 1, 2 sine ulla dubitatione restituendum est. Mendelssohn τὴν γνώμην delere mavult.

(ἐπὶ ξυροῦ τῶν πραγμάτων ὄντων 759, 23. — Hdt. VI 11 ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα. Hom. K. 173. Theocr. Luc. Z. Τραγ. c. 3: τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον κτλ. De hoc proverbio diiudicari nil potest).

παθήματα μαθήματα item proverbium, tamen lubet comparare 527, 6 (Mithr. 87) ἡγουμένου Τιγράνους αὐτῷ (Mithridati) γεγονέναι τὰ παθήματα μαθήματα. — Hdt. I 207 τὰ δέ μοι (Croeso) παθήματα ἐόντα ἀχάριτα μαθήματα ἐγεγόνεε.

πάντα εἶναι 710, 11 πάντ' ἦν ἐν Ῥώμῃ τότε Πομπήιος. 821, 22 πάνθ' ὁ Καῖσαρ ἦν ἅπασιν (ἐν ἅπ. coni. Schw.) — Hdt. III 157 πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. Hdt. VII 156 ἦσαν οἱ πάντα αἱ Συράκουσαι cf. Thuc. VIII 95. Dem. 18, 43. 23, 120. Luc. alii.

μεγα ποιεῖσθαι (= περὶ πολλοῦ π.) c. infin. 84, 24. 91, 1. 176, 22. 202, 25. — Hdt. V 24. VIII 3.

(προτιθέναι λόγον: 798, 23 λόγον ἐπὶ τῇ κύλικι

προύθηκε, τίς ἄριστος ἄνθρώπῳ θάνατος... — Hdt. VIII 59 Εὐρυβιάδην προθεῖναι τὸν λόγον, τῶν εἵνεκεν..συνήγαγε... Eur. Med. 546 ἅμιλλαν λόγων.[1]) ἀγῶνα Plat.; ἆθλα al. att.)

ζοῦν ἀρχήν: 832, 2 τὴν ἀρχήν...ἐρριζωμένην ὑπ' ἐκείνου, μειζόνως ἐκρατύνατο. — Hdt. I 60 τὴν τυραννίδα οὔκω

[1]) add. Xen. Hell. I 7, 5. Fortasse etiam apud alios reperitur haec locutio quae raritatis speciem non praebet. Fuerit igitur omnium tunc communis. Haud enim invideo, si decem aut viginti locutiones Herodoto eripiantur, atque multum abest ut cum Grundmanno sciam locutionem Thuc. I 15 οὐδεὶς πόλεμος ξυνέστη »sine dubio Herodoto deberi« et Thuc. I 49 ναυμαχία καρτερὰ «sumptam esse ex Hdt. I 76 μάχη καρτερή« (Grdm. p. 71 cf. 72. 74. 64. 60 al.) Tamen occasionem datam non praetermittam quin quanta fuerit Herodoti apud poetas aequales auctoritas, paucis exemplis illustrem. Sophoclem illam orationem qua Antigona (acta fab. a. 441) vitam fratris iure esse carissimam dicit v. 905 sqq., ad exemplum uxoris Intaphernis (Hdt. III 119) finxisse a multis conceditur. Multa alia collegit Nieberding, Sophocles u. Herodot, Neustadt O. Schl. 1875, ubi de Antig. 905 v. pg. 18 sqq. — Euripidem vero celeberrimos illos versus quos Cicero in Tusc. I § 116 latine vertit, e Cresphonte petitos (frg. 452 N.):

Ἔχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
Τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ κακῶν ἠλλαγμένον
Χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

mihi persuasi sine dubio ex Hdt. V 4 imitatione expressisse:

Τρανσοὶ... τὸν μὲν γινόμενον περιιζόμενοι οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ ἐπείτε ἐγένετο ἀναπλῆσαι κακά...τὸν δ' ἀπογινόμενον παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι γῇ κρύπτουσι, ἐπιλέγοντες, ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίῃ. Rationes chronologicae optime conveniunt. Herodoti enim historias 429/428 confectas esse Kirchhoff demonstravit, Cresphontes fabula acta est anno 429 (quem nimirum praefero) aut 427 secundum Wilamowitzii rationes. Comparatum esse illum locum iam a Bouherio et Davisio ad Cic. Tusc. l. l. dixit Valckenaer, sed nemo quod sciam imitationem agnovit. Nonnullos alios Euripideos locos cum Herodoteis breviter comparavit Wehrmann, l. l. p. 21 adn. 3. — Atque etiam Aristophanem Herodoti libros bene novisse cognoscitur e parodia in Avibus (acta 414) v. 1145: οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες ὥσπερ ταῖς ἅμαις | ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον αὐτὸν (sc. τὸν πηλὸν) τοῖν ποδοῖν (sc. ad nephelococcygiae muros aedificandos). cf. Hdt. II 136 ex pyramidis titulo: κοντῷ γὰρ ὑποτύπτοντες ἐς λίμνην, ὅτι πρόσσχοιτο τοῦ πηλοῦ... πλίνθους εἵρυσαν. cf. III 130. Etiam collatis Ar. Av. 542: Hdt. I 179., Av. 1126: Hdt. I 179, Av. 1130: Hdt. II 127 idem apparet. (v. interpp.) Quod autem Aristophanes in tot locos et Herodoti et multorum poetarum iocatus est, a multis Atheniensibus illos iocos intellectum iri speravisse eum statuendum est. Nec spem eum fefellisse credendum est. Alcaei quidem carmina Athenis tunc satis nota fuisse vel inde mihi probari videtur quod Thuc. I 69 τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς... ἐλθόντα scripsit, Alcaeus (frgm. 33) Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς... scil. ex Babylonia. (cf. frg. 48.)

κάρτα ἐρριζωμένην . . . I 64 *ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα.*

σέλας ἐξ οὐρανοῦ 753, 10. — Hdt. III 28 *σέλας . . . ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν.*

συνεστώσης ἔτι τῆς μάχης 53, 10. 905, 12. 155, 20 *συνεστώτων ἑκατέρων* »congressis« cf. 231, 4 *Μασσανάσσου καὶ Ἀννίβου συνεστώτων* - H. I 74 *τῆς μάχης συνεστεώσης.* VIII 79 *συνεστηκότων τῶν στρατηγῶν* »altercantibus.« — Hom. Ξ 96 *πολέμοιο συνεσταότος. πόλεμος ξυνέστη* Thuc. I 15. cf. Plat. Soph. 246 C. Isocr. 4, 71. Polyb. Arr.

ἡ συντομώτατόν ἐστιν ἐπὶ τὴν Ῥώμην 154, 2. — H. II 158 *τῇ δὲ . . . συντομώτατόν ἐστι ἐς . . .* (att. *ἡ σύντομος*).

συντρέχειν ἐς τὸ αὐτὸ in suffragio: 577,5 *συνδραμοῦσῶν ἐς τὸ αὐτὸ σὺν ὀργῇ τῶν προτέρων ἑπτακαίδεκα . . . φυλῶν* (tribus). 249, 15 *ψῆφον ἤνεγκε καὶ ἐς τὴν Σκιπίωνος γνώμην αἱ πλείους συνέδραμον.* — Hdt. I 53 *ἀμφοτέρων ἐς ταὐτὸ αἱ γνῶμαι συνέδραμον.*

συχνὰ τῆς Ἀσίας . . . διηρπάζετο 500, 10. — Hdt. III 39 *συχνὰς τῶν νήσων . . . ἀραιρήκεε.* VII 154. IX 16. 89. al.

χειμὼν ὑπολαμβάνει: 43, 18 *ἀναχθέντα δ' αὐτὸν . . . χειμὼν ὑπέλαβε, καὶ τῶν νεῶν τὰς μὲν κατέδυσε . . . τὰς δ' ἐς τὴν γῆν ἐξέρριψεν.* — Hdt. VII 170 *ὑπολαβόντα σφέας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλεῖν ἐς τὴν γῆν* cf. VIII 118. (Theophr.)

Haec sunt quae ab Herodoto potissimum mutuatus esse videatur Appianus nomina, verba, locutiones. Absolvi quaestionem de imitationibus Herodoteis institutam. Nonnullas me omisisse, nonnullas fortasse falso attulisse minime nego. Sed paucas esse et leves prae eis quas recte invenerim, confido. Multa consulto omisi; nam in similitudinibus niti nolui, si certa imitationis indicia deerant. Deerant enim his quoque in locis, quamvis essent aut casu aut arte similes:

623, 26 (B. C. I 60) *ὧδε μὲν αἱ στάσεις ἐξ ἔριδος καὶ φιλονεικίας ἐπὶ φόνους καὶ ἐκ φόνων ἐς πολέμους ἐντελεῖς προέκοπτον καὶ . . .* 570, 8 (B. C. I 6) *ὧδε μὲν ἐκ στάσεων ποικίλων ἡ πολιτεία Ῥωμαίοις ἐς ὁμόνοιαν καὶ μοναρχίαν περιέστη.*

Hdt. III 82 *ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται, ἐκ τῶν στάσιες ἐγγίνονται. ἐκ δὲ τῶν στασίων φόνος, ἐκ δὲ τοῦ φόνου ἀπέβη ἐς μουναρχίην καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον. (δήμου τε αὖ ἄρχοντος ἀδύνατα μὴ οὐ κακότητα ἐγγίνεσθαι.)*

Novit sine dubio Appianus et probavit illam Darei orationem (III 82) qua monarchiam laudavit (v. pg. 5.).

605, 7 *Ἰταλοῖς δ' ἦσαν μὲν στρατηγοὶ καὶ κατὰ πόλεις ἕτεροι, κοινοὶ δ' ἐπὶ τῷ κοινῷ στρατῷ... καὶ τοῦ παντὸς αὐτοκράτορες T...* cf. 479, 13 *καὶ στρατηγοὶ αὐτῶν*[1]) *ἦσαν μὲν καὶ κατὰ μέρος ἑκάστῳ*,[2]) *αὐτοκράτωρ δ' Μοχέλαος ἐπὶ πᾶσιν.* *ἑκάστων* propono ex Thuc.	Hdt. VII 204 *τούτοισι ἦσαν μέν νυν καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλις ἑκάστων, ὁ δὲ... καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἡγεόμενος ... ἦν Λεωνίδης ....* cf. Thuc. I 46 *στρατηγοὶ δὲ τούτων ἦσαν μὲν καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστων, Κορινθίων δὲ Ξ.* Thuc. II 83 *στρατηγοὶ δὲ ἦσαν μὲν καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστων.*
387, 12 *ἀγαθῶν ἐνταῦθα τῶν Αἰτωλῶν γενομένων.*	H. V 2 *τότε δὲ ἀνδρῶν ἀγαθῶν περὶ τῆς ἐλευθερίας γενομένων τῶν Περινθίων.*
593, 8 *καὶ τὸ μὲν Νωνίου πάθος ὧδε ἐσιγήθη.*	H. V 21 *ὁ μὲν νυν τῶν Περσέων τούτων θάνατος οὕτω καταλαμφθεὶς ἐσιγήθη.*

(Utroque loco de caede silentio compressa narratum est.)

Sed desinam eiusmodi plura affere, ne dubiis argumentis certorum fidem imminuam. »πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐθυμίαν μείζω φέρει« etiam in talibus rebus. Quae demonstrata sunt, magis demonstrari vix possunt. Argumentorum autem et exemplorum omni genere comprobasse mihi videor quanto opere Herodotum imitatus esset Appianus. Tamen erraret qui prae Herodoteis imitationibus Thucydideas esse exiguas putaret. Nam si quis etiam illas colligere aliquando studuerit, (quarum aliqua pars iam apud Popponem in Prolegg. ad Thuc. Vol. I 1. p. 370 et in adnotationibus congesta invenitur) haud multo minorem messem faciet, modo quae Thucydidi et Herodoto communia sunt, denuo computet. Omnino, nisi periculosius esset de universae elocutionis imitatione iudicare, dicerem eius habitum atque speciem Thucydidis quam Herodoti esse similiorem, sed condimenta narrationis et ornamenta ex Herodoto potius

[1]) *αὐτοῖς* coni. Mend. propter 605, 8. at cf. Thuc. l. l.

[2]) *ἕτεροι* propter 605, 8 coni. Mend.; *ἑκάστοις* Nauck.

deprompta esse. Imitationum autem Herodotearum maximam quidem partem Appianus ex primo libro hausit, sed multas etiam ex libris III. V—IX.; paucas ex II. et IV. Quoniam igitur summo studio summaque opera Herodotum imitati sunt et Appianus et Arrianus, Pausanias, alii, clarissime apparet quanta auctoritate floruerit etiam illis temporibus Herodotus ille quem legent homines et diligent »ἔστ' ἂν καὶ εἷς περιῇ φιλολόγων.

II. De Appiano hiatus vitandi studioso.

Num Appianus etiam in hiatu vitando aliquod studium collocavisset cum quaererem, primum paucis paginis extra ordinem perlectis illud videbatur negandum esse. Deinde autem, cum Appianum paene constanti usu ita in scribendo variare animadverterem ut κα-θάπερ post vocales potissimum, ὥσπερ post consonas, item ὅπερ ante vocales, ὅ ante consonas fere poneret, secus iudicandum esse haud invitus intellexi.

Quare certi aliquid de ea re discere cupiens ante omnes Benseleri illum celeberrimum de hiatu librum adii, ex quo quod solum de Appiano expositum inveni, huc transferam. Dicit enim Benseler, postquam de hiatu apud Dionysium Halicarnassensem pgg. 548—556 uberius disputavit, in fine libri sui pg. 557 haec: »Ceteri autem historici usque ad Byzantinos aut eandem fere viam quam Dionysius in scribendi genere sunt secuti, aut hiatum prorsus neglexerunt. Ad eos qui ad vocalium concursus animos attenderunt, sed non ita ut severe et strenue in hac re versarentur, referes Diodorum Siculum Iosephum (...) et Appianum.« Sed quaenam esset Dionysii ratio, Benseler non ad liquidum perduxit, cum enumeraret tantum magnam hiatuum copiam, non in genera disponeret.

Post Benselerum vero nemo, quantum scio, apud Appianum in eam rem satis inquisivit nisi quod Hermannus de Rohden in dissertatione quae »de mundi miraculis« inscribitur, obiter et falso dixit: »post breves vocales accentuque carentes saepius hiatum admisit Appianus.« [1]) Atque

[1]) Diss. in. Bonnae 1875 pg. 37. — Illud iudicium paucis tantum Appiani capitibus perlectis videtur latum esse, nam quantum distet a vero, ipse de Rohden sine dubio sensisset, si quod in animo sibi esse dixit (pg. 36), ut de omnibus illis scriptoribus inde ab II. p. Chr. saeculo copiose et accurate alio loco dissereret, adhuc praestitisset.

Mendelssohn ille quidem Appiani editor de ea re aut non quaesivisse aut plane desperasse videtur, quoniam etiam novos hiatus in verborum contextum coniecturis intulit. Anno autem proximo Franciscum Krebs in libro qui »Die Praepositionsadverbien in der spätern historischen Gräcität« inscribitur, septem paginis (pgg. 11—17) etiam de hiatu apud omnes illos historicos disputavisse cognoscebam ex »Literar. Centralbl.« 1885 nr. I. Quae disputatio cum ad singulos ocos parum pertinere videretur quippe qua in paucis paginis de totscriptoribus ageretur, ipse de hiatn apud Appianum quaestionem de integro institui, qua quod cognovisse mihi videor statim proferam. Appianus enim concursum vocalium fere vitavit sicut Demosthenes, sed ubi aut elisio vel crasis vel aphaeresis vel synizesis (interdum etiam violentior) poetarum more valebat aut vitari hiatum difficile erat (velut in nominibus propriis, numeralibus, aliis), ibi interdum admisit, atque id rarius in orationibus, saepius in narratione.

Neque frustra me illi legi, qualiscunque est, statuendae operam dedisse cognovi, cum Krebsii observationes nondum ab aliis refutatas legerem. Contendit enim vir doctus (pg. 11) Appianum aeque atque Arrianum aliosque hiatum nulla prorsus cura adhibita utique admisisse. Quae ut de Arriano recte dicta sunt, ita falso de Appiano. Nam inter Appiani rationem et Arriani quantum intersit hac in re, cognoscere debet quicunque vel primum utriusque scriptoris caput legerit, quia, cum Arrianus tredecim gravissimos hiatus ibi admiserit, Appianus nullum aut unum praebet.

Atque Appianum ad vocalium concursus animum attendisse primum probabo ex illius usu scribendi secundum euphoniam variato.

Hiatus vitandi tres sunt modi. Verba enim aut apte collocantur, aut ipsa, si fieri potest, casibus vel numero variantur, aut synonymis commutantur. Hunc autem synonymorum usum exemplis ex Appiano petitis iam illustrabo. Atque cum notum sit posteriores scriptores sicut coniunctionem καίπερ etiam καίτοι cum participio verbi struxisse, Appianus ita variat hunc usum, ut καίτοι semper ante consonas, καίπερ ante vocales adhibeat. Habeas locos: καίπερ 67, 5. 202, 19. 311, 12. 318, 5. 422, 13. 440, 4. 549, 9. 555, 3. 694, 7. 806, 2. 810, 21. 835, 20. 906, 4. 909, 20. 926, 23. ... καίτοι 110, 6. 553, 8. 556, 19. 787, 8. 910, 13. 969, 11.

Iam vero ἄνευ praepositionem quae in scribendi usu (primo p. Chr. saeculo) magis magisque prae χωρίς vocabulo obsolescebat,

quia hiatui duas ansas praebebat, Appianus non vitavit, sed nusquam ante vocalem admisit. Exempla sunt luculenta: ἄνευ παραγγέλματος 302, 5. 653, 15, sed post voc. χωρὶς ἐπαγγέλματος 540, 1. 628, 15. — ἄνευ προστάγματος 1133, 2. ἄνευ τοῦ κοινοῦ 458, 10. ἐπὶ τῷ ἄνευ ψηφίσματος ἐμβαλεῖν 421, 15. sed ὅτι χωρὶς ψηφίσματος ἐς Αἴγυπτον ἐσέβαλεν. Similiter χωρὶς ante vel post vocales 60, 2. 416, 8. 629, 15. 655, 2. 658, 1. 680, 7. 691, 4. 782, 20. 822, 16. 1000, 17; inter consonas: 840, 17, 20. 1015, 16. (χωρὶς δίκης, τόλμης).

Hiatui non minus obnoxium erat adverbium ἄφνω: Appianus semper inter consonas posuit, aut pro eo synonymum αἰφνίδιον vel αἰφνιδίως adhibuit: 177, 11 στρατοῦ τοσοῦδε σφίσιν ἐπιστάντος ἄφνω. 193, 24 περιέστηκε τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην ἄφνω. 871, 10 Καίσαρος ἐν τῷ βουλευτηρίῳ σφαγέντος ἄφνω. cf. 82, 11. (186, 20). 190, 11. 211, 25. 218, 12. 304, 13. 342, 12. 366, 6. 429, 14. 474, 18. 531, 1. 579, 24. 601, 15. 609, 20. 615, 9. 720, 10. 727, 9. 777, 1. 925, 26. (926, 19). 936, 16. 955, 2. Nusquam hiatus. Sed 47, 2 αἰφνιδίως ἐπιπεσόντες. 159, 5 πῦρ αἰφνίδιον ἐξέφηναν. 189, 5 στρατιᾷ... αἰφνίδιον ἀπολωλυίᾳ. 903, 15 αἰφνίδιον ἐπεφαίνετο. 1000, 13 ἐπέπεσον αἰφνίδιον αἱ πύλαι. 283, 22 Ἱμίλκωνος αἰφνίδιον αὐτῷ... προσπεσόντος. Itaque sine ulla dubitatione contendi potest Cobetum (Mnemos. X) iniuria ἄφνω ex ἀφανῶς elicere hoc loco: 1145,20 (Πομπήιος)... διέπλευσεν εἰρεσίᾳ... καὶ τοῖς προφύλαξι τῶν... νεῶν οἷα σκηπτὸς ἀφανῶς ἐμπίπτων καὶ ἐξ ἀφανὲς ἀναχωρῶν ἤρει... cf. etiam 286, 20 ἐφίπτατο ἐξ ἀφανοῦς ὥς τις ἀετός, καὶ λυμηνάμενος ἀπεπήδα. Optime igitur ἀφανῶς legitur.

Iam vero ὥσπερ in sententiis comparativis a praecedentibus verbis semper pausa seiungitur. Tamen noluit Appianus illud post vocales admittere, sed usurpavit vocabulum καθάπερ, ne post consonas quidem inusitatum: 506, 3 πᾶσιν, ὥσπερ εἰώθει, προὐτίθει. 793, 7 ἀληλιμμένος, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ... 1180, 7 ... τῆς νυκτός, ὥσπερ ἦν ἔθος, sed 161, 21 ἐφ' ἑαυτοῦ, καθάπερ εἰώθασι... 333, 2 αὐτῷ, καθάπερ εἰώθεσαν. 760, 22 τέλει, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτῷ. Item 1151, 22 τὸν δὲ Καίσαρα ὁ Πομπήιος, ὥσπερ ἦν, ὑπολαβών... sed 741, 3 ἐν μεγίστῳ, καθάπερ ἦν, τιθέμενος. 786, 12 ἀνέστησε τὸν νεών, ὥσπερ ηὔξατο. sed 698, 20 ἅπαντα ἐκύρου, καθάπερ ὑπέσχετο. De ὥσπερ cf. etiam 8,3. 11, 22. 256, 4. 377, 7. 391, 15 = 397, 10. 397, 24. 403, 21. 538, 21.

887, 4. 1088, 20. 1132, 20. 1137, 26. De *καθάπερ* 46, 18 101,6. 217, 18. 256, 12. 313, 20. 330, 22. 345, 14. 393, 19. 546, 17. (617, 9). 634, 6. 704, 1. (764, 6). 767, 7. 790, 21. 1094, 23. 1107, 14. 1110,18. (1112, 20). 1124, 4. 1131, 8. 1139, 23.

Iam comparentur inter se formae pronominis relativi *ὅ*, *ὅπερ* et *ἅ*, *ἅπερ*.

ὅ ante vocales non invenitur apud Appianum nisi sexies anto *ἐ*: *ὃ ἐβούλετο ἕκαστος* 293, 4. *ὃ ἐγώ* 484, 25. *ὃ ἐναγχος* 715, 12. *ὃ ἐπί* 1034, 2. *ὃ ἔτι* 1027, 7.. *ὃ ἔμαθον* 800,3. Contra *ὅπερ* vicies quater ante *ὁ, ἡ, οἱ, ἦ, ἐπί, ἐκ, ἐν, ἐπεί, ἐστίν* (5), *αὐτός, οὐδέ, ἅπασι, ἀρχέσει, ἀντιτάξας, ἤγετο*: 256, 23. 398, 13. 404, 4. 430, 11. 430, 21. 442, 17. 443, 23. 516, 24. 521, 4. 557, 8. 613, 2...Cum igitur hiatus vitandi studium hic valere videatur, multo difficilius iudicatur de *ἅ*, *ἅπερ*. Contrariam enim in partem *ἅ* tricies bis, *ἅπερ* quattuordecies tantummodo exstat. Quanquam autem ex illis XXXII maior pars invenitur ante *ἐ* (XV ante augmentum syllabicum, VI ante *ἐπί, ἐς, ἐκ, ἐκεῖνος, ἔχω*), tamen alia ante *ἠ- εἰ- (ἦν, ἤτουν, εἰλήχει, ὑμεῖς, ὑπέσχετο* cet.) Numeri sunt hi: *ἅ* 126, 4. 156, 2. 158, 13. 265, 16. 275, 1. 302, 21. 359, 3. 410, 7. 631, 21. 644, 11. 666, 21... *ἅπερ* positum est ante *ὁ, ἡ, οἱ, οὐκ* (3), *ἐγώ, ἅπαντα, ἄνωθεν, ὅ ἔτο, ἤθελεν, αὐτός* (3): 106, 24. 158, 22. 203, 20. 376, 8. 451, 26. 537, 22. 522, 21. 586, 5. 754, 1. 861, 3. 865, 9. 867, 9. 1012, 13. 1090, 7.

Si licet ex his exemplis aliquid certi statuere — nam saepe particulam *περ* non solius euphoniae causa adiungi vix est quod memoretur, quanquam nusquam ante consonas *ὅπερ, ἅπερ*, si recte observavi, exstant — Appianus illud simplex *ὅ* nisi ante *ἐ*, *ἅ* ante *ὁ, οἱ, ἡ, οὐκ, ἀ- ἁ-* consulto videtur vitasse. Quod igitur Bekker ad 126, 10 *ἅ* (*οὐκ*) *ἔμελλε* coniecit, sex illis exemplis (*ὅπερ, ἅπερ οὐκ*) refutatur. Neque persuadere mihi possum Appianum admisisse *ἅ ὁ* in his verbis exc. Constantt: p. 41, 17... *ὁ Πύρρος...ἐπενόει, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐς τῶν Κρονίων τὴν ἑορτὴν ἔπεμπεν, ἐφ' ᾗ δεχομένης μὲν τῆς πόλεως ἅ ὁ Πύρρος προτείνει μένειν..., μὴ δεχομένης δὲ ἑορτάσαντας ἐπανίκειν ἐς αὐτόν*. Facillimum videtur esse alterum illud *ὁ Π.* delere, sed etiam *ἅ(περ) ὁ Πύρρος προτείνει ἅ Π.προτείνει* vel aliquis scribat.

Ceterae pronominis relativi formae, quae quidem in vocales desinunt, in singulari numero sunt *ἧ, ᾗ, ᾧ*, in plurali *οἵ, αἵ*. Hae uusquam apud Appianum cum *περ* coniunctae exstant, illae octies

cum περ, tredecies (V + VIII) sine περ: ᾗ ἐς 1036, 19. — ἔφερεν 191, 5. — ἀπὸ 546, 8. ᾗ Ἀταβυρίου. 465, 17. ᾧ εἴρητο 26, 24. ᾗ, ᾧ ὄνομα VIII: 106, 17. 107, 24. 114, 20. 232, 16. 350, 21. 361, 16. 675, 18. 848, 5. ᾗ περ ἐστίν 990, 18. ᾗπερ ἐβούλετο 81, 17. 990, 18 ᾗπερ αὐτός 405, 12. ᾧ περ ἐβούλετο 927, 20. οὗ περ 260, 24. 1166, 17. 1170, 5 (εἰώθασι, ἦν, ἔχων). οἵ, αἵ tricies quater ante diversas vocales inveniuntur (59, 6. 64, 6. 122, 4 cet.); οἵπερ, αἵπερ nusquam usurpavit Appianus, qua in re valde differt a Polybio qui libentissime hoc euphoniae auxilium arripuit. (Cf. Kaelker, de elocutione Polybii in Leipzig. Stud. III 245 sqq.)

Sed iam misso pronomine relativo ad certiora argumenta redeamus, qualis est diversus usus praepositionum ὑπὸ et πρός. Ubicunque enim illa (sc. cum genitivo structa) vetabatur hiatu, hanc Appianus usurpavit. Sic 338, 6 τί παθόντες ὑπὸ Περσέως; 293, 26 Ῥωμαίων δ' ὑπ' ἐμοῦ κακὰ πολλὰ πεπονθότων — sed 453, 5 πάσχειν ἄχαρι πρὸς Νικομήδους. 22, 13 πολλὰ πρὸς αὐτοῦ πεπόνθασιν. Similiter 438, 24 νικάτωρ ὑπὸ τῶν Σύρων.. ὠνομάσθη. sed 438, 15 σωτὴρ καὶ ὅδε πρὸς τῶν Σύρων ὀνομασθείς. Cf. 52, 11. 112, 17. 200, 3. 228, 19. 276, 10. 323, 15. 336, 10. 347, 15. 357, 22. 491, 10. 568, 13. 606, 19. al. Ceterum πρὸς etiam ante consonas invenitur; cf. 12, 4. De ἀμφὶ et περὶ cf. 972, 25 post cons. ἀμφί τινι λόφῳ σταθμεύουσι. 1178, 8 post voc. περὶ λόφῳ τινί.

Atque euphoniae studium etiam eo conspicuum est quod ἡ οὗς plerumque ante vocales legitur (129, 19. 133, 6. 649, 13. 652, 19. 1128, 26.), ἕως ante consonas (753, 17). Huc referas etiam quod nonnunquam inter προστάξε et ἐκέλευσε variatur. v. 137, 3. 591, 7. 609, 2. 743, 16.... Simili modo differunt εἴρηται et λέλεκται. Nam quid aliud causae cogitari potest, quod 438, 12 ὥς μοι καὶ περὶ τοῦδε εἴρηται, sed 440, 23 ὥς μοι λέλεκται (cf. 911, 11) legitur? Eo minus veri simile est 437, 18 περὶ οὗ μοι πάλαι εἴρηται Ῥωμαίοις πεπολεμηκότος recte legi, sed nihil certi statui potest utrum προείρηται (224, 17. 531, 19. 738, 8.) an πολλὰ praestet scribere.

Difficile vero est iudicium de ἕως et μέχρι coniunctionibus temporalibus. Quanquam enim inter has subtile aliquid discriminis statuere licet quod breviter sic definiri posse puto, ut ἕως »donec tandem« significet, μέχρι »donec postremo« verti possit, tamen adeo raro post μέχρι hiatus intercedit, tam saepe post ἕως vocalis sequitur, ut studium suspiceris.

Sed abstinebo exemplis afferendis, nam qui nimium probare vult, nihil probat: μέχρι ante voc. sicut περὶ concedatur.[1]) Nunc vero pauca exponam de ea ratione hiatus vitandi, quae in mutatione casuum aut numeri posita est. Conferantur enim 162, 13 καὶ τῆς ἐπιούσης ἐξέτασσεν et 162, 16 τῇ δ' ἐπιούσῃ κατέβαινον cf. 1048, 14. 1149, 5. In verbo κελεύειν struendo praefert Appianus dativum casum maxime si is cui imperatur aliquid, praesens adest aut si ab infinitivo alter accusativus personae pendet. Tamen accusativum ponit ante vocalem, velut 616, 5. 801, 4.

Deinde variat inter πολέμου, ἔργου et πολέμων, ἔργων: 488, 25 πολλὰ μὲν ἐγίγνετο [ἐπ'] ἀμφοῖν[2]) ἔργα πολέμου, γωνίαν δὲ... sed 252, 22 πολλὰ αὐτοῖς ἔργα πολεμων ἐς ἀλλήλους γίγνεται. 551, 14 εἶναι... ἔργα πολεμων, ὧν... 624, 6 ὅσα ἄλλα πολεμων ἔργα — 77, 12 εἴχετο τοῦ ἔργου προθύμως, sed 163, 1 ὅταν αἱ φάλαγγες ἔργων ἔχωνται.

Ad 252, 22 Mend. proposuit ἔργα πολέμου, sed refutatus est iam a Bitschofskio (Zeitschr. f. östr. Gymn. XXXIII 443) locis 551, 14. 624, 6 allatis. — Ad 163, 1 Mend. proposuit (τοῦ) ἔργου, Nauck φαλ. ἐπέρχωνται. A neutro ratio perspecta est.

Inter ἐν ἀπορρήτῳ et ἐν ἀπορρήτοις: 261, 2 οἷς ἐν ἀπορρήτῳ [ἐ]λέλεκτο cf. 262, 6. 901, 20 αὐτῷ... ἐν ἀπορρήτῳ

[1]) Polybius et alii facile vitaverant hiatum cum μέχρις scribebant, sed ab Appiano haec forma, quae identidem in libris invenitur, abiudicanda est. Cf. Schweigh. t. III p. 112. Pro praepositione usurpata μέχρι cum genitivo struitur aut, si finis itineris continui vel regionis indicatur, μέχρι ἐπί c. acc. Sed si ἀπό (ἐκ) praecedit, solum ἐπὶ ab Appiano poni solet. Itaque nescio quo errore perductus Krebs, vir ceteroquin de praepositionibus et adverbiis bene meritus, contenderit (pg. 40): »Es ist Aufgabe der besonnenen Kritik, den herrschenden Sprachgebrauch zu erforschen,... ergo (μέχρι) inserendum esse his in verbis: Syr. 62 (p. 433, 26) ἦρχε τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ Εὐφράτην μόνων.« At paucis ante capitibus legitur p. 426, 2 ἀπὸ γὰρ Φρυγίας ἐπὶ ποταμὸν Ἰνδὸν ἄνω πάντα Σελεύκῳ κατήκουεν. Item 423, 21 ὅσα ἄλλα ἐκ Μήδων ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἔθνη. Item 562, 4 ληστῶν τε ἐνεπίμπλη τὴν θάλασσαν ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ στήλας Ἡρακλείους. Item 562, 9. 612, 18. 835, 2. Satis igitur superque refutatum est illud (μέχρι) ἐπί. Eadem autem exempla valent etiam ad haec Krebsii verba (l. l. pg. 39) refellenda: »Auch Illyr. 1 werden wir der Wahrheit näher kommen, wenn wir (ἕως) ἐπὶ ποταμὸν Ἴστρον lesen«. Ill 1 (346, 3) Ἰλλυριοὺς Ἕλληνες ἡγοῦνται τοὺς ὑπὲρ.... Θρᾴκην ἀπὸ Χαόνων καὶ Θεσπρωτῶν ἐπὶ ποταμὸν Ἴστρον recte tradita sunt. Sed quod Mithr. 11 (450, 4) ἐλελάτησεν (ἕως) ἐπὶ πόλιν Ἄμαστριν proposuit, non refragor. (ἐπὶ post vocalem 369, 24 invenitur.)

[2]) [ἐπ'] delevit Mend.; solus cod. a. omisit, sed ἐπ' ἀμφοῖν breviter dictum est pro ἐφ' ἑκατέρας τάξεως.

[ἐ]λέλεκτο.[1]) 68, 20 ἐν ἀπορρήτοις ἔγραφε cf. 461, 20. Tum etiam haec verba inde explicantur 502, 9 αἱ δὲ (sc. πόλεις) τὰ γυμνάσια ἢ τεῖχος ἢ λιμένας. . .ὑπετίθεντο (oppignerabant). Nam τείχη ἤ, quod Mend. coniecit, noluit Appianus scribere. Inconcinnitatem numeri cacophoniae praetulit.

Atque tertia hiatus vitandi ratio, quae etiam prima vocetur — nam et promptissima et frequentissima est — constat in apta collocatione verborum. Cuius multa exempla afferre longum est, luculenta quaedam sufficiant: 183, 25 διαδραμοῦμαι μὲν ἐπί τι τῶν στρατοπέδων ἐγὼ τῶν Ῥωμαικῶν. 257, 8/9 ἐπεὶ καὶ αὐτῷ μόλις ἐκ μακροῦ σφόδρα ἐπιμόχθως ἐφέρετο ὀλίγη (sc. ἀγορά). 372, 3/4 ἐς τὰ λοιπὰ ὧν ἐπενόει πάντων ἴσεσθαι. 476, 22/23 ὡς ἐπὶ ταχείᾳ δὴ καὶ ἐς βαρβάρους ἀλόγῳ μεταβολῇ. 888, 9 τοιᾷδε μὲν ἡ βουλὴ γνώμῃ τὸν Ἀντώνιον εἶχεν ἐν ὀργῇ. 1093, 14 μετ' ἀληθείας, ἧς οὐκ ἔνι μοι χωρὶς εἰπεῖν.[2])

Tanquam obrussa euphoniae est vocabulum ἤδη, cum et frequentissimum sit et hiatui maxime obnoxium: Appiani studium etiam hac in re optime probatur. Nam ex quadraginta fere locis quibus tale hiatus periculum fuisse observavi, vix unus hians invenitur. Nam tantummodo 550, 1 legitur αἰτῶν στρατιὰν κατὰ τάχος ἤδη οἱ παρεῖναι. Sed facillime transponendo scribitur στρατιὰν ἤδη κατὰ τάχος οἱ παρεῖναι. Quod verum esse concedet qui cum alia tum haec exempla considerarit luculentissima: 433, 14 πέμπω βασιλέας εἶναι τῶν ἐθνῶν ἤδη τῶν ἄνω »ut iam nunc regnent in superioribus provinciis.« 888, 15 γνώμην ἐσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη »ut iam inter consulares sententiam diceret.« 953, 20 ὀγδοηκοντούτης ὢν ἤδη; cf. 49, 7. 71, 17. 78, 21. 114, 22. 152, 2 cet.

Itaque quae novem coniecturae aut in contextu verborum aut in adnotationibus hiantes de ἤδη inveniuntur, vel ideo parum probabilitatis habent. Nam

225, 17 . . .ἐβάδιζεν ὡς ἔχων τὸν λόφον] ὡς καθέξων vel ὡς (ἤδη) ἔχων τὸν λόφον coni. Reiske. — 228, 22 μέχρι τρωθέντας τε (sc. ἐλέφαντας) καὶ φεύγοντας καὶ δυσπειθῶς ἔτι ἔχοντας recte codices. Sed Mendelssohn in textum vv. recepit ἤδη ex Gelenii coniectura, quam etiam Schweigh. praeferebat. Sed ἔτι hoc loco idem valet ac προσέτι. — 352, 6 ὑφορώμενοι. ἢ δὴ . . .]

[1]) de augmento syllab. plusquamp. v. infra.

[2]) Talibus hyperbatis etiam gravitatis quaedam species orationi arcessitur. V. Krebs pg. 23.

ὑφορώμενοι ἤδη coni. Schweigh. cf. adn. Mend. — 396, 10 καμνόντων οἱ ἤδη τῶν ἱππέων Mend. in textu, sed οἱ ex Plethonis eclogis falso additum est. οἱ ἤδη ne 685, 5 quidem invenitur: καὶ παρόντων οἱ τῶν ἱππέων ἤδη | ὥσατο παντὶ τῷ... (inter ἤδη et ὥσατο pausa intercedit). 774, 21 ὁ δὲ ἤδη μὲν εἴργαστο πολλὰ... ...προσιόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐταράσσετο (775, 4)] μὲν Mend. mendose delere vult. — 829, 2 καὶ χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν μᾶλλον ἢ τὸ γεγενημένον, ὡς ἐν ἀκμῇ μεγάλων ἐστὶ κινδύνων ἡμῖν τὰ μέλλοντα ἢ τὰ ὄντα, μὴ ἐς τὰς προτέρας στάσεις ὑπαχθῶμεν] »ἢ (καὶ) τὰ ὄντα coni. Musgr. an κινδύνων ἡμῖν τῶν μὲν μελλόντων τῶν δὲ ἤδη ὄντων, vel simplicius κιν̃δ. ἡμ. μελλόντων τε καὶ ἤδη ὄντων ?« Mend. adn. — alterum altero improbabilius. Pro μεγάλων Schweigh. dubitanter proposuit μειζόνων ex Candidi interpretatione latina »cum maius periculum nobis allatura videantur quae futura quam quae sunt praesentia«, sed Candidus ex verborum traditorum sententia illa convertit, ut solet. Ego huius loci solum veram medelam arbitror esse eam, ut ἢ τὰ ὄντα deleatur. Quae verba utrum a lectore quodam propter χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν addita sint, an ex μέλλοντα dittographia orta sint *(ΜΕΛΛΟΝΤΑ ΗΤΑΟΝΤΑ)* parum interest quaerere. — 875, 13 καὶ ἐπαλειφόντων ἤδη τοὺς μετ' ἐμὲ ὑπάτους] Mend. «(ἐμοὶ) ἤδη?« — 911, 1 ἐλπίσαντες ἡττηθέντος ὑμῶν τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον ἀσθενεστερόν τε καὶ μόνον ἔσεσθαι, καὶ μετ' αὐτὸν ἤδη πᾶσαν τὴν Καίσαρος ἑταιρείαν καθελόντες ἀνάξειν τὴν Πομπηίου] adn.: »eoque modo C, bene. μετ' αὐτοῦ coni. Musgr.« Sed μετ' αὐτὸν ad ἀνάξειν pertinet, sc. ἤδη πᾶσαν τὴν Κ. ἑτ. καθελόντες. — 1174, 13 Πομπήιος ἑαυτὸν ἐπιτρέπει σοι μετὰ τῶν νεῶν ἃς ἔτι ἔχει. Mend. adn.: »ἤδη? haesit iam Schw.« Ille tantum de numero navium egit (cf. Vol. III p. 883), ἔτι non suspectavit.

Nullus igitur his novem locis circum ἤ δ η hiatus agnoscendus est, neque ἤ δ η vocem hiatibus sollicitare licet apud Appianum.

Quoniam tot argumentis probavi quantopere euphoniae consuluerit Appianus, ut de eius studio dubitari iam non possit, videamus nunc quos qualesque hiatus admiserit.

Atque hac in re aptius mihi visum est prius dicere de orationibus, non quo diversas ibi secutus sit rationes, sed quod paullo diligentius hiatus vitavit quam in ceteris historiarum partibus. Magnam

enim operam in illis componendis eum collocasse in priore h. diss. parte exposui. Inveniuntur autem in Appiani libris qui supersunt XLVI ampliores orationes, quae paene centum paginarum spatium editionis Mendelssohniae complectuntur. Quae practerea breviores orationes aut apophthegmata narrationi inserta reperiuntur, viginti paginas obiter computanti explent. Ergo habemus CXX paginarum orationes quibus, cum scripta Appiani 1189 pgg. ed. Mend. contineant, decima pars totius operis completur.

In his igitur orationibus praeter eos hiatus qui post *καί*, *ἤ*, *εἰ*, (*δή*), *μή*, *τί*, *ὅτι*, *ἄρτι*, *περί* atque articuli (praepositivi) varias formas etiam a Demosthene admissi sunt[1]), hiatus quindecim inveniuntur post articuli postpositivi formas *ὅ* (I) *ἃ*(IX) *ἣ* (I) *οἵ*(I): *ὃ ἐγώ* 484, 25 *ἣ ἐς πόσον* 1036, 19. *οἳ ἐς* 433, 8. *ἃ* ante augm. syll. 817, 18. 820, 12. 894, 21. 1094, 20. — *ἐκεῖνος* 740, 20. — *ἔχομεν, ἔχετε* 265, 16. 275, 1. — *αἰσχύνομαι* 302, 21. — *εἰλήφασι* 818, 12. 825, 12. — *ὑμεῖς* 893, 21. — Sed *ὅπερ* (V) 430, 21. 824, 24. 870, 12. 871, 25. 1095, 21. *ἅπερ* (III) 451, 26. 1012, 13. 1091, 7.

Deinde ante praepositiones *ἐν*, *ἐς*, *ἐκ* longa vocalis ter admissa est: 245, 1 *τὰ τῆς τύχης αὐτῷ ἐς τέλος ἀπαντήσειν.* 484, 5 *ἐν . . . ναυμαχίᾳ τριήρης ὑμετέρα ἐνεβάλε τε καὶ κατέσεισεν.* 728, 24 *Πετρηίου ἐκ τῶν ἐμῶν τοὺς . . .*

Ante *ἄν* ter exstat hiatus (praeter *ἃ ἄν* = *ἄν* 238, 7. 410, 7). 238, 14 *ἀφ' οὗ ἂν . . .* (cf. Dem. 16, 9 *ὅσῳ ἄν*) 855, 3 *παρὰ σοῦ ἄν . . .* 872, 18 *δοῦναι ἄν* (cf. Arist. Lysistr. 116 *δοῦνἄν*).

Si pausa intercedit inter duas vocales, hiatus non existit. Pausa autem valet etiam ante pron. relat.[2]) 238, 7. 410, 14. 501, 18. 822, 4; ante parenthesin: 818, 26 *οὐδενὶ τρόπῳ* (*οὐ γὰρ ὅσιον . . .*)[3]); inter *οὔτε — οὔτε* 821, 19 *οὔτε . . . . ἐν ἄστει οὔτε . . .*; ante vel post participium coniunctum: 453, 23 *βλάπτεσθαι Νικομήδη | οἷαπερ αὐτὸν ἀδικούμενον.* 737, 4 *καὶ εἴ τις ἔστι μοι . . . τύχη | ἀηττήτῳ μέχρι νῦν γενομένῳ.* Similiter 852, 16. 875, 5. 857, 3. 922, 1. Ad parentheseon genus quodammodo[4]) referenda

[1]) Quibus non raro accedunt alii post *-ι* et *-υ* hiatus (velut *ἐνὶ ἄρχοντι, αὐτοῦντι ἴδομεν, οὐ πολὺ ὕστερον, πάνυ αἰσχρῶς, ἄστυ ἀνῳκίσαντο*, alii). Singulos locos congerere inutile est.

[2]) De Plutarcho cf. Sintenis vol. IV 330.

[3]) Sintenis IV 334. — In cod. V transpositis verbis hiatus abest, sed de collocatione verborum cod. V minorem auctoritatem habet. Quanquam 216, 4 *ὑμῖν εἶναι* pro *εἶναι ὑμῖν* optimo iure Mend. »ex V reposuit.«

[4]) Etsi certa pausa non valet. Cf. Rehdantz Ind. Dem. s. v. *ὑποφορά*.

sunt etiam 413, 18 »ὁμολογῶ« ἔφη »παρανόμως . . . 717, 1 »κελεύω σοι« ἔφη »κἀγώ . . . 796, 20 »τίνα δ'« ἔφη »οὐ προσλήψῃ . . . 816, 7. »βούλομαι« εἶπε »καὶ . . . 970, 13 »Ῥεστίωνα« ἔφη »ἔκτεινα . . Pausae autem quamvis minutae intercedunt etiam 215, 25. 493, 13. 853, 22. 872, 17. 897, 17. 1091, 2.

Deinde vero hiatum saepius Appianus admisit necessitate quodammodo coactus:

I. Si duo vocabula tam arcte cohaerent ut seiungi vix possint: 238, 18 = 410, 12 ἑκάστου ἔτους (quanquam ἑκάστου τὸ μέρος ἔτους 332, 24 legitur) 485, 5 ἐν τῇ ἐμῇ ἀρχῇ. 1059, 25 τοῦ ὑμετέρου εὐεργέτου. 869, 16 ὅσοι ἄλλοι.

II. Si plura deinceps vocabula a vocali incipiunt, quae difficile transponi aut synonymis mutari poterant: 215, 24 ἧς ἐγὼ ἦρων ἐπ' ἐμῷ κακῷ cf. Krüg. Gr. gr. II 13, 6, 3. Ahrens de crasi et aphaeresi p. 12 ἐγὼ εἴσομαι cet. — 485, 6 οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι ἐδικαίουν ἀποθανεῖν. [2]) Ante augmentum saepius in narratione admisit hiatum. 519, 5 . . . Λευκόλλῳ, πάνυ πολλοῦ ἀξίαν in apophthegmate. In talibus enim etiam Plutarchus hiatum admisit, cf. Sintenis IV, 338. (Quod Romani graece loquentes inducuntur e. g. 1033, 20, nihil obstat. Cf. eundem). — 822, 10 πότερο ι οὖν ἐς τοὺς ἀσύλους ἡμάρτανον; 816, 1 οἱ τῶν ὁμωμοκότων ἄριστο ι εἶναι λεγόμενο ι. 891, 8 μέχρι . . . ᾗ τε χώρα τοσήδε οὖσα καὶ ὅμορος ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τῇ χώρᾳ ὁ Λέκμου στρατὸς . . . προσγένηται. Repetitio illa ἐπὶ τ. χ. est supervacanea, sed Appianei stili propria. 895, 6 φίλου τε οἱ καὶ εὐεργέτου ὄντος. 1014, 4 τοῖς καὶ βασιλέα αὐτὸν ἐθέλουσι προσαγορεῦσαι. De -έα terminatione v. infra s. litt. Α. — 1020, 10 ἠπείρων ἁπασῶν, ὅσα ι ἀπὸ Θρᾴκης ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην, (ὅσαι ἀπὸ pro quo codd. corrupte ὡς διὰ exhibent, a Gelenio restitutum est). — 1033, 20 »οἱ μὲν δὴ προκαλούμενοι ἡμᾶς ὡς κεκμηκότας οὐδὲ ἀπεπείρασαν.« apophthegma Bruti. — 1039, 5 ὑμεῖς δ', ὡς ἐκ πατρίδος ἰόντες, τὰ μὲν δαψιλέστερα οἴκοι ὑπελίπεσθε, τὰ δ' ἀναγκαῖα μόνα ἐπήγεσθε. οἴκοι necessarium non est, cum ὡς ἐκ πατρίδος ἰόντες et ὑπελίπεσθε satis rem declarent, tamen tolerari debet. — 1080, 2 καὶ μάλιστα τοῦδε τοῦ ἐμφυλίου οὐκ ἐκ Μακεδονίας ὑμῖν . . ἀκουσθησομένου, ἀλλ' . . . 1091, 3 καὶ δεήσομαι ἐμοὶ μὲν ἀντὶ πάντων ὑμῶν ἓς ὃ θέλει καταχρήσασθαι μόνῳ, ὑμῖν δ' ἀντ' ἐμοῦ ἀμνηστίαν δοῦναι.

[1]) invenitur hic hiatus in epistula Mithridatis ad Chios missa, ubi mira copia 484, 25 ὑμετέρα ἐνέβαλε et ὃ ἐγώ, 485, 5 τῇ ἐμῇ ἀρχῇ, 485, 6 φίλοι ἐδ. deinceps occurunt.

1098, 7 »*συγχωρῶ ὑμῖν, ὅσα βούλεσθε*« *ἔφη* »*καὶ ἀφείσθωσαν*...« Hi sunt igitur, quos enumeravi, in orationibus agnoscendi hiatus.

Qui praeter hos ibi inveniuntur quinque, meo quidem iudicio non ab Appiano profecti sunt. Nam 50, 18 *οὓς γυμνοὺς ἐπεδείκνυε Ῥωμαίοις* »*οὗτοί εἰσιν*...«] a Suida mutilate tradita esse videntur, cuius omnino in huiusmodi lemmatis non magna auctoritas est. 339, 7 in verbis *καὶ ταῦτα πάλαι ὑμῖν ἡμέτεροι πρέσβεις ἐμήνυον*] vocem *πάλαι* Mendelssohn ex coniectura in textum recepit pro corrupta librorum scriptura *πλήν*. Ursinus coniecerat *πρίν*, quod eodem modo absolute positum apud Appianum non exstat cf. 98, 10. 180, 10. 236, 18. 311, 27. 604, 1. 877, 18. 942, 12. Scribendum igitur est *πρώην* quod Mendelssohnio minus placebat (v. adn. h. l.) Cf. 238, 10 *ὅσα ἡρπάσατε πρώην*. 917, 8 *οὗ δὴ καὶ πρώην ἕνεκα*. 1087, 13 *πρώην ἠγωνισάμεθα*. — 239, 8 *δώσετε δ' ἐς δαπάνην τῇ στρατιᾷ ἄλλα τάλαντα χίλια*] Sic ex cod. V. Mend. edidit. Sed excerpta Constantiniana (A. M.) praebent *τάλαντα ἄλλα χίλια*, quod restituendum est. — 1015, 5 *τοῦ πρώτου ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ἀγωνισαμένου παῖς*] edidit Mend. falso Nauckium secutus. Nam omnes codices recte exhibent *περί*, quod apud Appianum nihil offensionis habet. — 1095, 23 *ἐξ ἀρχῆς δέ με βλάψαι ἑλόμενος καὶ νῦν ἔβλαψας*] *βλάψαι* edidit Mend., sed quod codd. habent *βλάψειν*, retinuendum videtur esse. Cf. Krüg. gr. Gr. 53, 7, 11.

Restat ut eas coniecturas a viris doctis propositas quibus hiatus in orationes intruduntur, paucis verbis denotem.

234, 19 *εἰρήνην καὶ πρότερον ᾔτησαν καὶ*...] *πρότεροι* coni. Steph. — 248, 8 *τούτοις οὖν τίς ἐστιν ἔλεος ἢ*..] *ἔσται* coni. Nauck — 264, 3 *κύρος ἐστὶν ἀτυχημάτων ὅσα πεπόνθαμεν*] *ἔστω* coni. Mend. — 272, 23 *οὕτω καὶ Σαρδόνος ἀφῃρέθητε διὰ τὴν θάλασσαν*] »*Σαρδώ* mavult Nauckius.« At cf. 531, 26. 667, 14. 824, 22. 1072, 15, quibus locis *ἀφαιρεῖσθαι* item cum genetivo rei passive struitur. — 454, 1. *καὶ πρεσβεύσεται καθ' ὑμῶν ἐς τὴν ὑμετέραν βουλὴν* (sc. Mithridates) *ἐφ' ἣν ὑμῖν* (sc. Romanorum ducibus) *ἀπολογησομένοις ἐπαγγέλλει παρεῖναι*] Mend. proposuit *ἐφ' ἅ*, sed de *ἐφ' ἣν*..*παρεῖναι* cf. p. 32. — 497, 2 *Ἀσίᾳ τῷ ἡμετέρῳ χωρίῳ*] *Ἀ. χώρᾳ ἡμ.* coni. Mend. — De 829, 3. 875, 13. 911, 7. v. p. 56 s. v. *ἤδη*. — 857, 12 in loco corr. Steph. coni. *πολλοὶ ἀμφ.* — 869, 20 *ἔχθει*..*αὐτοῦ γιγνώσκομεν*..] *ἐγιγνώσκομεν* coni. Mend. 1012, 1 *περὶ δὲ ὧν διαβάλλουσιν*..., *ἴστε μὲν αὐτὰ ἀκριβέστατα*..., *δοκεῖ δὲ καὶ νῦν ἐπεξελθεῖν ἔτι τὴν αἰτίαν*] *αὐτοὶ*

coni. Nauck. — 1015, 5.. *ἀγωνισαμένου (ἦν) παῖς* prop. Mend., sed post *παῖς* illud inserendum est, si necessarium. — 1015, 21.. *ἀγοράν, ἐς ἣν οὐδενὸς πολεμίου κεφαλὴν..ἐφέρομεν*] *οὐδὲ πολεμίου οὐδενὸς* prop. Nauck. — 1060, 23 *ὅτι μηδενὸς ἁμαρτήματος ἴσον ἐπιτίμιον ὁρίζεται*] Mend. cum Gelen. coni. (*ὑμετέρου*) *ἁμαρτ.* — 1092, 25 *καὶ ὁ Λεύκιος ἔφη »εἰ μὲν ξ ε ν ο ς ὢν ἐπολέμησα, ὦ Καῖσαρ, αἰσχρὰν ἂν... ἡγούμην*] Mend. adn.: »exspectabas *εἰ μέν σοι ξ ε ν ῳ ὄ ν τ ι.*« — 1109, 23 *ὁ δέ »ἐ κ Βρεντεσίου μ ε« φησίν »ἀποκλείων... ἔτι τοῖς φίλοις ἐστὶν εὔνους μόνοις*] Mend. prop. *ὃ δέ«* (*ὁ*) *ἐκ Βρεντεσίου ἐ μ έ*, quia Candidus vertit »ille qui«, sed vix aliter vertere poterat.

Haec habui quae de CXX paginarum orationibus dicenda esse viderentur. Quaeramus nunc de hiatu in reliquis historiarum partibus. Iam supra dixi in orationibus rarius hiatus inveniri quia App. eas maiore cum cura composuisset. Frequentius igitur nunc hiatus agnoscendi erunt, sed tamen non est periculum ne quis nullam ad hiatum vitandum curam adhibuisse Appianum demonstret. Nam satis multis validisque argumentis confirmatum est, hiatus vitandi studium in omnibus Appiani libris aeque perspicuum esse, et illud argumentorum fundamentum (v. pgg. 50—56) solidum manet, etiamsi forte complures interdum hiatus exiguis intervallis se excipientes una in pagina inveniantur. Nam illud si quis opponit, nihil aliud probat quam in illa pagina elocutionem eiusmodi esse ut euphoniae facultas imminuta sit. Contra saepe quinque aut plures paginae deinceps inveniuntur ubi nullus post longas vocales hiatus exstet. Itaque nolui quot quoque in libro hiatus inveniantur, enumerare aut quo ordine varii diversique hiatus se excipiant, describere, ne rudis indigestaque moles inutiliter conglomeretur. Sed ut facilius quae hiatuum genera magis, quae minus frequenter occurrerent agnosceretur, classes quasdam constitui in easque singulos hiatus distribui. Cavendum tamen est in hac ratione, ne videatur Appianus quo saepius aliquem hiatum admiserit eo magis pro legitimo eum habuisse.

His praemonitis videamus primum de *ἐ π ί, ἐ ς, ἐ ξ, ἐ ν, ἔ τ ι.* A n t e *ἐ π ί* (*ἐπ-*) exstant hiatus: 9, 10. 16, 16. 194, 10. 212, 13. 251, 6. 345. 5.*[1]) 361, 19. 435, 14. 440, 26. 464, 17. 534, 15. 535, 19. 560, 24. 617, 2. 661, 14. 766, 7. 859, 1. 864, 25. 948, 17. 983, 24. 1147, 20.

[1]) Ubicunque numerum asterisco notavi, indicare volui illius hiatus, quia in initio aut in fine excerpti alicuius occurreret, rationem non habendam esse.

194, 10 *οἱ δὲ Πετηλῖνοι καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι Ἰταλοὶ ἑπέσθεντο*] Mend. prop. (*τούτοις*) *ἐπέσθεντο*, (praecedunt enim verba *ὀλίγους ἐς φυλακὴν ἐπὶ τῆς γῆς καταλιπών*) probabiliter. — 651, 17 *τῶν παρόντων κακῶν ἄρα ἀεὶ τὰ ἐπικρατοῦντα φέρειν ἐθιζόμενοι*] Cobet (Mnemos. X) coni. *τὰ ἀεὶ ἐπικρατοῦντα*, sed C. Schenkl (Jahresbericht üb. d. spät. gr. Geschichtsschreib. in Burs. Jahresber. Jahrg. XI p. 170—180.) bene laudat Krüger. gr. I 50, 10, 5; cf. etiam Thuc. II 43, 2. III 23, 3. IV 55, 3. Dem. 2,30. Ex ipso Appiano satis multa huius collocationis exempla idem doceant, simul ut duae aliae huius generis coniecturae refutentur. Legitur enim 159, 24 *ἐπέστελλε μὲν ἀεὶ τὰ γιγνόμενα Καρχηδονίοις*. 470, 10 *πεσσοῖς ἀεὶ τὸ γιγνόμενον ἐγγράφοντες*. 533, 17 *οὐδ' οἰκεῖον οὐδὲν ἢ ἴδιον ἀλλ' ἀεὶ τὸ προστυχὸν ἔχοντα*. 313, 11 *ἀεὶ τὰ γιγνόμενα ἐφορῶν*] Mend. »*τὰ ἀεὶ γ.*?« non ita. — 663, 2/3 *ἀρχαιρέσια δ' ὑπάτων οἱ λήγοντες τῆς ἀρχῆς ἀεὶ προὐτίθεσαν*] Mend. iterum coni. *οἱ ἀεὶ λ*. Neque tamen alteram illam usitatiorem collocationem App. vitavit, cf. 475, 14 *τὸ ἀεὶ πονοῦν ἐναλλάσσων*. 513, 11 *μεταθέουσιν ἐς τὸ ἀεὶ βιαζόμενον*. 552, 1 *οἱ ἀεὶ πλησίον τὴν βοὴν μετελάμβανον*. 863, 5 *οἱ δὲ ἐπισκέπται τῆς φήμης ἐπανελθόντες Γέτας ἔλεγον οὐκ ἰδεῖν ἐν Μακεδονίᾳ*] »*τῆς φήμης* del. Nauckius« sine probabili causa. Ad rem cf. 862, 12 *ἄφνω δὲ φήμη κατέσκηψε, Γέτας*... 862, 18 *ἡ μὲν οὖν βουλὴ τὴν φήμην ὑπενόει καὶ τοὺς ἐπισκεψομένους ἔπεμψεν*.

Ante *ἐς* (*ἐσ-*) 28, 17.* 37, 4.* 53, 19.* 202, 25. (283, 19.) 305, 15 323, 10. 324, 19.* 334, 18. 461, 11. 469, 16. 500, 13. 506, 5. 507, 25. 514, 8. 539, 1. 580, 24. 591, 11. (609, 1.) 611, 3. 656, 3. 685, 12. 761, 17. 877, 7. 884, 15. 959, 8. 983, 3. 1002, 3. 1009, 19. 1078.2.

115, 9 *ἔκτεινε τῶν Κοϊντίου ἐς χιλίους*] edidit Mend. — *τοὺς Κοιντίους* cod. V. — Schweigh. coni. *τῶν Κοιντείων*, quod commendatur simili loco 652, 23 *κτείνουσι τῶν Καρβωνείων ἐς τρισχιλίους*. — 252, 22 *ἔργα πολέμων ἐς ἀλλήλους*.] Mend. prop. *πολέμου*. v. pg. 54. — 283, 19 *ὁ Κηνσωρῖνος ἐπὶ ὕλῃ ἐς μηχανὰς διέπλευσε διὰ τῆς λίμνης*] »*ἐπὶ ὕλην* dubitanter coni. Schweigh.« (cf. ed. eius Vol. III 471.) Simul consideretur 675, 6 *ἐπὶ χορτολογίᾳ ἐξιόν*] »revocavi ex A. V. accus. i. vulgo.« Mend. Ego ad hanc quaestionem diiudicandam multos similes locos collegi unde certo apparere videtur, utroque loco accusativum ab Appiano scriptum esse. Inveniuntur enim accu-

sativi *χορτολογίαν, σιτολογίαν, ὕλην* (542, 3), *ὠνήν, ἔρευναν, λεηλασίας, ξένια, ἐσπίασιν, δόξαν, θέας, συμμαχίαν, ναυαρχίαν:* 104, 19. 128, 3. 161, 4. 201, 25. 203, 20. 220, 12. 296, 19. 342, 2. 379, 22. 542, 3. 614, 20. 654, 22. 679, 6. 683, 10. 752, 23. 753, 1. 920, 1. 1145, 26. (Cf. etiam Thuc. IV 13, 1 *ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς παρέπεμψαν τῶν νεῶν τινας ἐς Λέσβην.* App. 609, 1 *διαδραμεῖν ἐπὶ ἀρχαιρέσια ἐς Ῥώμην* (-*ίᾳ* A. V.) eodem pertinet. Dativi *διαλλαγῇ, διαλύσεσι, ἔργῳ συμβάσεων, ἐμπορίᾳ, κοινωνίᾳ... ἀρχῆς, συμμαχίᾳ:* 62, 26. 327, 13. 328, 5. 380, 23. 399, 9. 599, 21. 613, 14. 1119, 17. Substantiva igitur ipsa plerumque genere diversa sunt. Quod autem 613, 14 *ἐπὶ συμμαχίᾳ περιέπεμπον* (c. acc. 220, 12); 614, 20 *ἐπὶ συμμαχίαν ἀφίξεσθαι* legitur, etiam hiatus studium vitandi valuit. — 443, 17 *ποινὴν δὲ τῶν πρέσβεων ὁρισάντων αὐτὸν ἐσενεγκεῖν Ἀττάλῳ, ναῦς..*] M. coni. *αὐτῷ*, sed et propter hiatum et propter sequens *Ἀττάλῳ* illud Appianus vitavit. — 598, 18 *οὐ νόμον ἐσηγήσεσιν*] Mend. probabiliter coni. *νόμων*. — 1021, 14 *ἐς Αἶνον ἀφίκοντο, καὶ ἐπὶ Αἴνῳ Λορίσκον τε καὶ ὅσα ἄλλα... παράλια*] Mend. prop. *(ἐς) Λορίσκον* sed v. Loesch, Philol. Anz. X p. 515 (in rec. ed. Mendelss.) — 1171, 9 *Σαβῖνος ὑπὸ Καίσαρος αἱρεθεὶς ἐς διόρθωσιν πολὺν μὲν εἰργάσατο φθόρον τῶν ἁλισκομένων, ἐναντῷ δ' ὅμως ἐς εἰρήνην ἀφύλακτον ἅπαντα περιήγαγεν*] Mend.: »*eodem anno* C. *ὅλως* coni. Schw. latet aliud. an *ὁμοῦ* vel *ὁμοῦ τι*? Sed neque *ὁμοῦ* neque *ὁμοῦ τι* aptum est, praesertim cum *ὁμοῦ τι* significet »σχεδὸν (tantum non)« et ad *ἅπαντα* referendum esset. Candidus nihil melius legit. *ὅμως* quod absurdum erat vertere noluit. Schweighaeuseri coniectura probabilis. — 1120, 20 *συνέβησαν... ἄρχειν... ὅσων εἶχεν ἐς τότε ἡσσων*] Mend. coni. *ἔχει*.

Ante *ἐν (ἐμ-)* 44, 11.* 46, 16 59, 7.* 63, 3. 217, 22. 372, 14. 408, 13. 626, 2. 1142, 22.

87, 20 *Ἀσιατικὴ δ' ἦν πόλις Καρχηδονίοις ἀεὶ ἐμμείνασα ὁμαλῶς*]edidit Mend., sed »*διαμείνασα* V. *διεμμείνασα* coni. Schw., *(πιστὴ)* vel *(φίλη) διαμ.* Steph.« cf. 94, 17 *αἱ πόλεις... Ῥωμαίοις ἐς τὸ μέλλον εὐέφοδοι γενόμενοι διέμειναν ἐς πλεῖστον ἐπὶ εἰρήνης*, unde *διαμείνασα* satis defenditur. — 147, 19 *κλέος τε μέγα ἦν καὶ Καρχηδονίοις ἐπιθυμία πάσης Ἰβηρίας ὡς εὐμαροῦς ἔργου (ἐνεγένετο)* coni. Mend. Sed *ἦν* ad utrumque pertinet. — 834, 11 *ἐς τὰ ἐμφύλια ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ συμπεσών*]

Mend. coni. *ἐμπεσών*. At cf. 547, 11 *ἐς πόλεμον ἀλλήλοις συμπεσόντων*. 569, 16 *ἐς ἀλλήλους*. — 1025, 18 *πεδίον ἦν ἐναγωνίσασθαι καλὸν καὶ οἱ κρημνοὶ στρατοπεδεῦσαι*]quod M. prop.(*ἐν*)*στρατοπεδεῦσαι*, molestum, neque defenditur locis, quos afferat quispiam, Thuc. II 74, 2, II 20, 2 (cf. Hdt. VI 102. IX 2, 7 *β*, 25); nam in altero est *ἐναγωνίσασθαι* solum, in altero *ἐνστρατοπεδεῦσαι*, in neutro ambo. Sed Hdt. VII 59 est ut nostro loco semel praepositio *ἐν* posita: *χῶρος ἐπιτήδεος ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρατόν*. — 1130, 20 *ταῖς λοιπαῖς τοῦ Καλβισίου συμπεσών* (sc. *ναυσί*)] Mend. coni. *ἐμπεσών* sed cf. 474, 22 *ἀλλήλοις συμπίπτοντες* — 1149, 26 *ἦν δὲ καὶ τὰ σκάφη Πομπηίῳ μὲν βραχύτερα καὶ κοῦφα καὶ ὀξέα ἐς τὰς ἀφορμήσεις τε καὶ περίπλους. Καίσαρι δὲ μείζω καὶ βαρύτερα καὶ παρ' αὐτὸ καὶ βραδύτερα. βιαιότερα δ' ὅμως ἐμπεσεῖν*] Mend. coni. *ὁμοῦ*, sed *ὅμως* bene habet: = quanquam naves Caesaris tardiores erant, tamen vehementiores impetu.

Ante *ἐξ*. *ἐκ* 60, 5* (*Ὅτι Κρήτη ἐξ ἀρχῆς*). (370, 9 corrupt.) 393, 8 *ἀγγεῖα σιδηρᾶ ἐξῆπτε*. 770, 20 *εὐτυχεσιάτῳ ἐξέτι νέου γενομένῳ* 847, 12 *οἱ φίλοι ἐκ Ῥώμης* (v. adn. crit.).

467, 25 *τὴν ἀναγκαίαν ἐκ τῶνδε σοφίαν περικείμενοι*] *τῇ ἀναγκαίᾳ ἐκ τ. σοφίᾳ προσκείμ.* prop. Nauck nulla necessitate. 675, 6 *ἐπὶ χορτολογίᾳ ἐξιόν*] *χορτολογίαν* i recte. v. pg. 62. 1041, 23 *Βροῦτος... ἐς ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε. μὴ ἀπρεπέστερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀλογίστως ἐκβιασθείη*] »*ἀλογίστου* cum Gelen. coni. Schw., vel *ἀλογίστων*.« *ἀλογίστως* teneri potest.

Ante *ἔτι* 123, 13. 185, 25. 257, 11. 342, 8. 372, 9. 379, 6. 424, 5. 478, 4. 540, 6. 546, 3. 552, 6. 691, 18. 917, 12. 929, 6. 930, 11. 1005, 24. 1101, 2. 1153, 2.

1112, 12 *ἐνδεῖν ἔτι*] »*ἐνδεῖ* Bekk. praeter rem adn.

Ante augmentum syllabicum 45, 25. 46, 15. 72, 17. 96, 22. 176, 9. 212, 12. 294, 15. 318, 4. 399, 1. 527, 22. 633, 14. 702, 16. 761, 21. 841, 13. 858, 11. 954, 22. 1001, 11. 1053, 3. 1174, 22. 1182, 7.

112, 3 *καί μοι δοκεῖ τὸν Οὐριάνθου πόλεμον... συναγαγεῖν*] Mend. coni. *ἐδόκει*. At cf. 531, 11 *διό μοι δοκεῖ... συναγαγεῖν*. (115, 5 *καὶ συνάξω καὶ τάνδε ἐς ἓν*. cf. 358, 3.) Quod autem 1182, 7 *καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικὰ ... προαναγράψαι* legitur, Appianus de re iam acta loquitur. — 200, 2 .. *ἀλλήλοιν ἀδελφώ. λαμπρὰ ἔργα ἀποδεικνυμένω θηήσκετον*]

»ἐθνήσκετον coni. Reiskius, perperam« adn. Praeterea nescio qui factum sit, ut ille lapsus calami ἐθνήσκετον pro ἐθνησκέτην (= 1049,9) per adnotationes criticas semper propagaretur. —489,21 *. . . Σύλλας. . . ἐναυπηγεῖτο ἑτέρας (ναῦς), καὶ ταῦτα μέντοι Κίννα καὶ Μαρίου. . ἐν Ῥώμῃ ἐψηφισμένων εἶναι Ῥωμαίων πολέμιον] »ψηφισαμένων Schw. de coni.« qui collato 648, 16. 423, 8 (»ψηφισαμένων εἶναι πολέμιον τῶν Μακεδόνων) illud in textu recte posuit.

Vicies igitur ante augmentum syllabicum hiatus agnoscendus est, qui numerus paene duplo augeretur, si augmentum ante plusquamperfectum tempus apud Appianum genuinum esset. Sed hoc nego his argumentis nisus. Habemus in editione Mendelssohniana XXXVII hiatus ante solum plusquamperfectum, cum ante imperfectum et aoristum una XX tantum inveniantur. Profecto mira ratio apud eum qui hiatum omnino studeat vitare. Sed non est ita: Nam verba 107, 17 ἃς ἐσυλήκεσαν codicis V certum argumentum praebent, primitus sine augmento scriptum fuisse 'ACEC. . = ἃς σεσυλήκεσαν, sicut Schweighaeuser scripsit, Mendelssohn autem et hic et ceteris locis ἑ anteposuit tacite nisi quod semel (637, 21) in textu δεδήμευτο sine augm. reliquit, semel in adn. diserte dixit ad 799,19 ἄψνω ἐτεθορύβητο: »τεθορύβητο O. i.« Age vero nusquam ante vocalem ἄ φ ν ω App. posuit, sed tum αἰφνίδιον vel αἰφνιδίως usurpavit, quod p. 51 exposui. Ergo sine dubio etiam 799, 19 αἰφνίδιον scripsisset, si hiatus periculum fuisset. Adde quod circum ἤ δ η hiatum diligentissime vitavit (v. pg. 55). Num igitur ἤδη ἐπεπόνθεσαν eum 780, 14 scripsisse veri simile est? Legimus vero apud eum οἷς εἴρητο, sed οἷς ἐν ἀπορρήτῳ [ἐ]λέλεκτο, (v. pg. 54). Et haec et alia augmentum in plusquamperfecto syllabicum utique in suspicionem vocare debent. Atque cum editionem Schweigh. inspicerem, ex illis XXXVII hiatibus inveni XXXI absumptos, VI tantum restantes: ter enim ἐγεγένητο (194, 22. 287, 13. 297, 11) semel ἐπεποίητο (310, 12), semel ἐλελυπήκεσαν (203, 23), semel ἐπεπόμφει (923, 4). Atqui sexies γεγένη(ν)το sine augmento post vocalem exhibetur, bis πεποίητο (282, 19. 1104, 17), septies plusquamperfectum activi generis. Talem igitur inconstantiam non Appiano, sed librariis et correctoribus tribuere debemus. Itaque Appianum post longas quidem vocales augmentum plusquamperfecti omisisse probasse mihi videor. Loci autem praeter eos quos modo attuli sunt hi: 198, 23. 204, 20. 261, 2. 407, 24. 425, 24. 440, 17. 533, 6. 558, 4. 623, 23. 638, 17. 816, 22. 839, 8. 843, 9 II. 851, 16. 888, 4. 927, 21.

943, 21. 968, 18. 980, 10. 980, 17. 982, 22. 1119, 3. 1124, 4. 1125, 13. 1151, 3. 1170, 19 cf. 760, 5 *οἵτω κεκόσμητο* (Mend. *οὕτως ἐκεκόσμητο*) alia. Quam autem legem de augmento post consonas (etiam in verbis compositis) Appianus observaverit, diiudicari non potest, nisi quod euphoniae aliquantum tribuisse mihi videtur (cf. 198, 22. *συμμεμαχήκεσαν*. 637, 6 *περιέσωστο*). Vel apud Atticos augmentum plusqpf. fluxum fuisse constat (v. Krüger I 28, 11). Atticistas igitur illis constantiores hoc in usu fuisse non simile est veri.

Sex his quas tractavi hiatuum ante ἐ vocalem admissorum classibus adiungantur quattuor illi loci quibus a n t e ἔ χ ω hiatus invenitur: 549, 24 *ὁ δὲ τὰς ἀποστάσεις ὁρῶν πυκνάς. καὶ τὸν στρατὸν ἐν ὑποψίᾳ ἔχων, μὴ*... 558, 22 *ἔτι ἔχων πέντε καὶ τριάκοντα*. 884, 18 *στρατὸν δὲ οὐδένα πω ἔχοντες ἴδιον*. 1007, 21 *ἐν ἀριστερᾷ ἔχων Σικελίαν καὶ Πομπήιον*.

Profecto mirum esset, si Appianus omnes hos hiatus admisisset, quorum tres facillimo negotio vitare potuit. An difficilius aut audacius erat scribere: *τὸν στρατὸν ἔ χ ω ν ἐ ν ὑ π ο ψ ί ᾳ , μὴ — ἔτη πέντε ἔχων καὶ τριάκοντα. — ἐν ἀριστερᾷ Σικελίαν ἔχων*? Inveniuntur quidem multi in Appiani libris hiatus multoque graviores interdum, sed rari sunt ei quos facili transpositione vitare potuit. Si autem et euphoniae studium Appiani quam frequenter varieque conspicuum sit reputaverimus et quam neglegenter plerumque librarii in verbis scriptoris recte collocandis se gesserint, tales hiatus nonne librariis quam Appiano tribuere malemus?

Atque sicut ante *ἐπί, ἐς, ἐν, ἐξ* saepius hiatus inveniuntur, ita ne *ἀ ν ά , ἀ π ό , ὑ π ό* quidem praepositiones propter frequentem usum vacant hiatibus: quaterni enim ante unamquamque exstant, sed non omnes certi.

A n t e *ἀ ν ά*: 543, 16 *τὸν οὖν Πομπήιον ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ ἀνιόντα οἱ μὲν ἄλλοι* — (701, 21) *καὶ αὐτῷ καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις (ἡ βουλὴ) ἀνίστη τέλεσι κοινοῖς*] *ἡ βουλὴ* Schweigh. proposuit inserendum, Mend. recepit. Sed etiamsi illa vox excidit — quod non utique certum est — tamen locus lacunae stabiliri non potest; etiam post *οἰκίαν* excidere potuit. — 807, 2 *τότε δὴ καὶ οἱ μεμισθωμένοι ἀνεθάρρουν ὡς*. 865, 18 sqq. *ἐν ταῖς ἥαις*..., *ἃς αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐτέλει | ἀνακειμένας ἐκ τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ γενετείρᾳ, ὅτεπερ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνετίθει*] Prius illud *ἐτέλει | ἀνακειμένας*...pausa excusari clarum est, Schweigh. virgula interpunxit. Deinde memorabile est hyperbaton

τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ. Sic unum hiatum vitavit, sed tres alii manserunt, quos effugere vix poterat.

Ante *ἀ π ο-* (*ἀφ-*): 21,21 . . . *ἔφη δεῖν ἢ τὰ κελευόμενα ποιεῖν, ἢ μηδ' α ἷ ἀφικνεῖσθαι πρὸς αὐτόν*] *α ἷ* est coniectura Bekkeri pro *ἄ ν* lectione codicum. *α ἷ* autem utique hiatum efficiebat, tamen *αὖθις* praesto erat. Fortasse nihil aliud nisi *ἂν* delendum est. 224, 14 *οἱ δὲ κἀκεῖθεν α ὐ τ ο ῦ τὸν νέκυν ἐξελόντες καὶ τὴν κεφαλὴν α ὐ τ ο ῦ ἀποτεμόντες περιέφερον ἐπὶ δόρατος ἀνὰ τὴν πόλιν*. Moleste abundat *αὐτοῦ* et fortasse perperum e linea antecedenti repetitum est. — 371, 6 *καὶ ἕτερα ἔθνη ἀφιστάμενα ἔτι πρὸ αὐτοῦ*] Schweigh. virgulam interposuit. Ipsum autem participium praesentis *ἀφιστάμενα* suspectavit, quia Pletho exhiberet *ἀφεστηκότα*, quem tamen dubiae fidei esse recte monuit; cf. 45, 24 *ἔθνη δὲ τετρακόσια, . . . τὰ μὲν ἀ φ ι σ τ ά μ ε ν α σφῶν, τὰ δὲ προεπιλαμβάνοντες, ἐκρατύναντο*. *ἀφιστάμενα* enim idem valet atque *ἄ ἀφίστατο*. — 566, 5 *πρῶτος ὅδε ἐν στάσει ἀπώλετο*. 928, 11 *νόμῳ δ' ἑτέρῳ ἀπέλυε μὴ εἶναι πολέμιον Λολοβέλλαν καὶ εἶναι φόνου δίκας ἐπὶ Καίσαρι*. (928, 12 *καὶ* (*τρίτῳ*) *εἶναι* prop. Mend. improbabiliter.) 1100,16 *πομποὶ ἀπεστάλησαν*.

140, 26 — 141, 1 *ὑπὲρ . . . ἐλευθερίας . . . κακοπαθοῦντες ἐς τοσόνδε κακοῦ*] *κακοῦ* (*ἀφιγμένοι*) coni. Reiskius inutiliter« M. 157, 14 *τὸ μέρος τοῦ στρατοῦ παρέδωκε τῷ Φαβίῳ*] Mend. prop. *ἀπέδωκε*, sed defendit *παρ-* Schenkl (l. l.) collato usu Polybiano.

Ante *ὑ π ό*: 256, 21 *καὶ αὐτῷ ὑποστρέφοντι ἀπὸ . . .* 845, 11 *τὸν μὲν ἐπὶ Παρθυαίους πόλεμον οὐδενὶ ἔφη ὑπὸ Καίσαρος ἐπιτετράφθαι*] In promptu est conicere *π ρ ὸ ς*, quomodo saepissime hiatum A. vitavit, sed incertum est. — 884, 23 *τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατός . . . βαβδοφόρους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι πολέμου τε ἡγεμονεύοντα, [καὶ] σφῶν ἀεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων.*] *καὶ* seclusit Mend. Sed etiam sequentia verba habent quo displiceant praeter hiatum. Nam mirum sane est milites ideo propraetorem facere Octavianum, quia ipsi semper sub magistratibus militaverint. Quanquam quis talia interpolaverit? Fortasse scr. *ὑπ' ἄρχουσιν ἀεί*. — 905, 17 *. . . οὐκ ἐσῆλθον μὲν ἐς τὸ χαράκωμα αὐτοὶ ὑπ' ἀδοξίας, ἀλλὰ παρ' αὐτὸ ἔστησαν*. Brevis quaedam pausa intercedit ante *ὑπ' ἀδοξίας*. Sed non admodum in loco est *α ὐ τ ο ῖ*, cum latine vertendum sit »non intra ipsum vallum se receperunt, metu ignominiae.« — 1103, 11 *εἰ τῇ*

Ἀντωνίου γνώμῃ ὑπομεμενηκὼς ἴδιον τὸ ἁμάρτημα ποιοῖτο] »ἐπιμεμενηκὼς L. Dindorf in Thes. v. *ὑπομένειν*« Probabiliter.

840, 10 *στρατηγοὶ ὑπ'*] locus lacnuosus et corruptus. V. adn. crit. — 1143, 5 *ἐπεὶ τῶν λοιπῶν* (sc. XXVIII) *νεῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν*] »(*ὑπὸ*) *χειμῶνος* coni. Schw. ex C.: *ex tempestate.*« Narratur de Tauro, qui aestate anni XXXVI. a. Chr. ex CXXX Antonianis navibus duas tantum et centum ex Tarentino portu eduxerit, cum reliquarum XXVIII remiges *χειμῶνος* mortui essent. Illud *χειμῶνος* ceteri verterunt: »hieme«, sed Antonius (cf. p. 1139, 1) non ante ver anni XXXVI. Tarentum venerat; Candidus: »ex tempestate«, sed in tempestate naves solent cum remigibus perire, non remiges sine navibus. Nihil igitur videtur relinqui nisi ut morbo perierint XXVIII navium remiges. Tum autem *χειμῶνος* interpolatum est, cum vocabuli mendum difficilius expliçetur.

Iam vero considerentur hiatus qui ante *ἄν*, *ἄρα*, *οὖν* raro exstant.

Ante *ἄν*: 188, 20. 843, 23. 899, 11. v. p. 57.

Ante *ἄρα*: 945, 4 *ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν.* 977, 9 *Λεπιδοῦ γὰρ αὐτοῦ ἄρα ὡς ἀσθενοῦς ὑπερεώρα.* 1171, 19 *διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποσιῆναι.* 705, 5 *χρῆναι δ' ἐλέσθαι δυνατὸν ὁμοῦ καὶ ἥπιον, ἐνσημαινόμενοι τὸν Πομπήϊον*] Mend. »fort. (*ἄρα*) *τὸν.*« — 797, 2 *οἱ μὲν δὴ τάδε ἄρα ἐκ πολλοῦ διανοούμενοι*] Mend. prop. *ἐκ πολλοῦ ἄρα.* Tamen in 945, 4 niti non potest, cum App. inter prima sententiarum verba *ἄρα* soleat ponere.

Ante *οὖν*: 45, 3 *καὶ οἱ Βοιοὶ οὖν..*] in Celticarum rerum epitome codicis V. 98, 23 *φυγὴ οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐγίγνετο ἄτακτος.* 1139, 13 *Ὀκταβία οὖν ἐχώρει.*

Octies hiatus propter transponendi difficultates admissus est ab Appiano ante *οὐ*: 4, 10 *Ἀρμενίαν..., ἧς Ῥωμαῖοι οὐκ ἄρχουσι μὲν ἐς φόρου κομιδήν, αὐτοὶ δὲ αὐτοῖς ἀποδεικνύουσι τοὺς βασιλέας.* — (60, 1 *). — 138, 9 *ἀεὶ περιστρεφόμεναι οὔτε...οὔτε — οὔτε εἶων λαθεῖν.* Similiter ante *οὔτε — οὔτε* 431, 4. 445, 29. 863, 13: aut ante prius *οὔτε* aut ante posterius. — Reliqui loci sunt 286, 21. 503, 16. 686, 7. 905, 16. — 962, 7 *οἱ τρεῖς ἠγανάκτουν εἰ γυναῖκες...ἀνδρῶν στρατευομένων αὐταὶ οὐ δὲ χρήματα ἐσοίσουσιν*] fortasse *μὴ δὲ* scr. Statim enim 962, 16 rectius *προὔγραφον ἀποτιμᾶσθαι τὰ ὄντα... ἀνδρῶν πάντα... καὶ παντεσθνῆ, μὴ δενὸς*

ἀφιεμένου. — 970, 3 *ἐξέπληξε μὲν . . . δεδοικότι δὲ ἔφη | οὐ τῶν παρόντων στιγμάτων αἰσθάνεσθαι μᾶλλον ἢ . . .*

In locis graece exscriptis saepius adhuc linea directa significavi pausam quandam intercedere inter duo verba. Necesse est ponantur tandem in conspectu singula pausarum quae ad excusandum hiatum valeant genera, ut, quatenus liceat ex illis excusationem petere, cognoscatur. Atque ut omittam illa genera, quae etiam in recentioribus editionibus virgula interposita significari solent, quo etiam parentheseos signum referendum est (cf. 203, 23. 407, 26. 708, 18. 733, 24), cetera genera eiusmodi sunt, ut olim item distincta sint virgula in edd.

Pausa enim valet etiam ante *οἷα* bis 421, 6 *ἵνα ἔχοιεν ἐξουσίαν καταλόγου τε στρατιᾶς καὶ πολέμου | οἷα ὕπατοι* cf. 665, 3; ante *ὡς* 773, 21—22 *ὅθεν αὐτῷ χάρις τε καὶ δόξα ἀγαθὴ | ὡς ἀπράγμονι . .*; ante infinitivum: 66, 14 *καὶ συνέβησαν ἀμφότεροι | ὅρον εἶναι Καρχηδονίας . . .* cf. 877, 7; ante *ὡς* cum participio: 305, 20, 374, 6. 380, 20. 480, 8. 603, 9. 682, 27. 714. 15. 946, 8. 1072, 20; ante genitivum absolutum aut post eum: 424, 3. 487, 18. 609, 20. 685, 5. 705, 18. 709, 19. 711, 12. 718, 11. 728, 12. 841, 12. 1133, 8. 1147, 9; ante aut post participium quod vocatur coniunctum: 66, 1. 84, 3. 123, 11. 142, 10. 149, 1. 178, 5. 202, 17. 204, 28. 253, 14. 254, 6. 256. 22. 291, 4. 295, 17. 309, 16. 312, 24. 313, 6. 320, 17. 353, 9. 358, 24. 390, 4. 393, 3. 434, 26. 440, 12. 453, 2. 490, 8. 518, 7. 522, 5. 522, 18. 563, 10. 667, 10. 586, 5. 604, 6. 604, 19. 628, 6. 636, 19. 649, 2. 674, 10. 694, 5. 685, 22. 707, 12. 743, 11. 763, 22. 799, 3. 812, 2. 840, 24. 847, 4. 864, 22. 902, 23. 923, 13. 931, 14. 934, 11. 966, 19. 979, 23. 987, 21. 1003, 4. 1035, 3. 1045, 12. 1064, 6. 1072, 13. 1138, 17. 1180, 19. His numeris non quaslibet sententias participiales signavi, sed eas tantum quae pro maioribus hypotacticis sententiis sunt. Tamen etiam post minores quantulamcunque pausam Graecos sensisse et aliis et eo probatur, quod apodosis a participio saepe seiungitur, ut Hdt. VIII 40 *ταῦτα πυνθανόμενοι οὕτω δὴ προσεδέήθησαν σφέων σχεῖν πρὸς τὴν Σαλαμῖνα.*

Praeterea post participia hiatus exstat: 584, 9 *εἰσὶ δ' οἳ βασανιζομένους φασὶ θεράποντας εἰπεῖν ὅτι αὐτὸν ξένοι . . . ἀποπνίξαιεν, καὶ οἱ πυθόμενοι ὀκνήσαιεν ἐξενεγκεῖν διὰ τὸν δῆμον] καὶ οἳ πυθόμενοι* cum a. b. Schweigh. — *(αὐτ)οὶ* Herwerden l. l. Mihi *τοῦτ'* post *πυθόμενοι* videtur excidisse, quod ad *πυθόμενοι* et ad *ἐξενεγκεῖν* desideratur, cf. 129, 3. — 753, 22 *καὶ τόδε μὲν . . . οἵ τε*

φίλοι καὶ ὁ στρατὸς ἅπας πυθόμενοι ἥδοντο. 624, 24 *φυλαττόμεναι δὲ ἀνδρὸς ἑξάκις ὑπατεύσαντος καὶ... εἰργασμένου αὐθένται γενέσθαι.* Hoc loco participium in appositione quae vocatur exstat. Qualis pausae excusatio semel adhibenda est ad 866, 3 *Καίσαρι δὲ | τῷ σφῶν αὐτοκράτορι καὶ εὐεργέτῃ | ἀμύνειν...*

Deinde interdum hiatus admittitur ubi duo sententiae membra coniunctionibus *μέν — δέ* opponuntur inter se: 145, 8 *ἐν δὲ Βελγήδῃ πόλει | ὁ μὲν δῆμος ... ἐνέπρησε ..., ὁ δὲ Φλάκκος ...* 541, 8 *Ἴβηρας δὲ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ | οἱ μὲν. οἱ δὲ..* 668,12 *τῷ δ' ἑξῆς ἔτει | ὁ μὲν δῆμος. . ὁ δὲ...* 798, 18 *ἐπὶ μὲν τῷ Καίσαρι μόνῳ δόξαν οἴεσθαι τυραννοκτόνων, ἐπὶ δὲ τοῖς φίλοις αὐτοῦ | ἐχθρῶν...* 825, 26 *ἅμα δὲ ἡμέρᾳ οἱ μὲν ὕπατοι... οἱ δὲ...* cf. 8, 23 *ἥ τε τῆς Ἀσίας ἀρχὴ ἔργων μὲν πέρι καὶ ἀρετῆς...*

Quoniam expositum est, a n t e quae potissimum vocabula hiatus inveniatur, videamus nunc p o s t quae idem concedendum sit.

Atque, ut *πρὸ* praepositionem obiter tangam, hiatus exstat p o s t *ἐ π ε ί:* — *οἱ* 204,20. 630, 5. 661, 5. 717,12. (987,7 corr.) — *οὐδὲ* 317,4. 1045, 10. — *αὐτῷ* 409, 2. *ἔμαθον* 1003, 24; p o s t *ἐ π ε ι δ ή:* —; *ἐπανῆλθεν* 64, 12. — *ὁ* 111, 14. — *ἔμαθεν* 1004, 12. Nonnullis aliis locis *ἐπείτ ε* ante vocalem exstat. Sed utramque coniunctionem raro Appianus usurpavit. Itaque quod tres tantum hiatus inveniuntur non magni momenti putandum est. Magis certe mirum est vocabulum *δή* prae frequenti usu raro ante vocalem collocatum inveniri atque id tricies fere. Variat enim Appianus in usurpando *ὁ μὲν δή, ὁ μέν, ὁ μὲν οὖν, καὶ ὁ μέν.*

De hiatibus post pronomen relativum admissis pgg. 52 sqq. dictum est. Ut autem formae *οἵ, αἵ* hiatui obnoxiae sunt, ita *ὅ σ ο ι, ὅ σ α ι: ὅ σ ο ι ἄ λ λ ο ι* (XVII): 65, 9. 66, 10. 147, 20. 166, 1. 355, 23.. *ὅσοι ἐ ν* (37, 17. *) — *ἐ ξ* 226, 11. — *ἔ τ ι* 1166, 1. — *ἀ π ὸ* 629, 10. 655, 17. — *ὑ π ὸ* 13, 13. — *ὑ π ὲ ρ* 790, 1.

161, 13 *Τερεντίῳ δὲ ὅσοι τε ἀπὸ βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων ἡγοῦντο τῆς στρατιᾶς]* Mend. prop. *ὅσοι ἀπό τε*, at cf. 635, 14 *ζητηταὶ δ' ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτίκα ἐξέθεον τούς τ ε ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων*, et 604, 12 *τὸν ἴσον αὐτοῖς ἀντεξέπεμπον ἀπό τ ε σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἔτι συμμαχούντων σφίσιν ἐθνῶν.* Simile hyperbaton v. pg. 71.

ὅσαι ἑαυτὰς 667, 9 *(ὅσαι ἑαυτὰς ἐγκεχειρίκεσαν ἐπὶ συνθήκαις ἔνορκοι.)*

Sed iniuria in verbis praecedentibus Nauck pro *καὶ πόλεις*

οὐχ ὅσαι μόνον ὑπότελεῖς, ἀλλὰ καὶ ὅσαι... scribere vult οὐ μόνον ὅσαι. Ipsum traditae lectionis hyperbaton documento est quam studiose fugerit Appianus diversarum concursum vocalium, si modo non moleste fieri poterat. Cf. 850, 15 ὅτι μὴ κινδυνεύειν οἱ καλὸν εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑνήσκειν. Omnino solet vocabulum μόνος inter postrema enuntiatorum verba collocare non sine euphoniae studio: cf. 696, 13 δυσμύριοι γὰρ ἀθρόως ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι.

ὅσοι ὄντες: 448, 15 ὅσοι ὄντες ἀπὸ τῆς βουλῆς τῷ Σύλλᾳ συνῆσαν. ὅσοι ἦσαν 34, 24. 332, 18(fem.) 404, 6. 528, 13. 728, 18. 737, 22. 1057, 10. Possum locis exscriptis facile demonstrare ne hos quidem hiatus admisisse Appianum nisi quodammodo coactum, cum etiam sequentia verba a vocalibus inciperent aut in eas desinerent. Sed tot iam talis studii testimonia attuli, ut hos locos exscribere non opus sit. Nam monitum est multumque monendum nulla hiatuum genera, sint licet frequentissima, Appianum ab omni parte pro permissis habuisse, siquidem etiam ante ἐπὶ hiatum interdum manifesto cavit, et inter ὅσοι ἄλλοι, coniunctissima vocabula, non semel alia interposuit cf. 659, 7 ὅσοι τι συνέπραξαν ἄλλοι τοῖς πολεμίοις. 954, 4 ὅσοι τῶν προγεγραμμένων ἄλλοι συνῆσαν.

Non raro autem omne studium irritum esse necesse erat et in ὅσοι ἄλλοι voce et in ἄλλος: 66, 10 — 147, 20 ὅσοι ἄλλοι Ἕλληνες 166, 1 ὅσοι ἄλλοι ἦσαν ἐπὶ ἵπτων. 355, 23 ὅσοι ἄλλοι Ἰλλυριῶν. 98, 17 οἵ τε ἄλλοι ἐλέφαντες. 467, 18 ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι. 888, 24 οἵ τε ἄλλοι οἱ κεῖοι.

ἕτερος: 194, 10 ἕτεροι Ἰταλοί. 354, 4 ...Παλάριοι γένη ἕτερα Ἰλλυριῶν. 402, 26 ἐν μὲν δεξιᾷ ψιλοί τέ τινες καὶ ἕτεροι ἵππεῖς ἀργυράσπιδες κ. ἱππότοξ. ἕκαστος: 57, 23 τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους ἐς Ῥώμην ἀναφέροντας. Sed 332, 24 ἑκάστου τὸ μέρος ἔτους ἐς Ῥώμην ἀναφέροντα.

ἐκεῖνος: 289, 25 ἐπανοίσειν ἔφη ἐκείνους, ἢ... 184, 11 φθάσει ἐκεῖνον ἐπανελθών.

ὅδε: euphoniae studium saepe patet, velut: 196, 24 δεύτεραί τε σπονδαὶ Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις αἵδε διέμειναν ἐς... 352, 1 καὶ γίγνονται Ῥωμαίοις αἵδε πρῶται πρὸς Ἰλλυριοὺς πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι. 597, 7 παρέδωκαν ἑαυτούς, οἵδε πρῶτοι, καί. Sed hiant: (61, 12*). 249, 16 ἐγίγνοντο οὖν αἱ συνθῆκαι, τρίτα αἵδε, Ῥωμαίοις καὶ... 355, 22 ...οἱ Δαλμάται οἵδε καὶ ὅσοι ἄλλοι...

618, 17 *ἀρχὴ δ' ἐς ταῦτα καὶ πάροδος | εὐθὺς ἐπὶ τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ | ἥδε ἐγίγνετο.* 1124, 27 v. pg. 23 adn.

352, 19 *καὶ δεύτεραι πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι πρὸς Ἰλλυριοὺς αὐτοῖς ἐγίγνοντο*] Schweigh. prop. *δεύτεραι* (*αἵδε*) propter 352,1 *αἵδε πρῶται,* sed dittographia ex *καΙΑΕύτεραι* elicio *καὶ αἵδε δεύτεραι.*

Pronominis *αὐτ(ὸς)* formae propter frequentem usum hiatui maxime obnoxiae erant. Saepe eum App. vitavit: 27, 17 *μὴ οὐδ' ὁ ἴδιος αὐτῷ στρατὸς ἐς πάντα ᾖ πιστός.* 748, 23 *αὐτίκα πᾶσιν αὐτοῦ πρὸς τὴν μετριοπάθειαν ὁρμὴ τοσήδε ἐνέπιπτεν, ὡς.* 753, 17 *. . .πανικὸν ἐνέπεσεν αὐτοῦ τῷ στρατῷ.* 800, 2 *τῶν οἰκείων τις αὐτῷ περὶ τῆσδε τῆς ἐπιβουλῆς ἔθει μηνύσων ὃ ἔμαθεν.* Cf. 157, 21. 383, 4. 389, 15. 492, 17. 612, 14. 616, 14. 787, 14 cet. Tamen non semper remedium in promptu erat. Itaque a n t e *αὐτός* exstat hiatus: 149, 1. 196, 12. 305, 19. 440, 19. 464, 14. 476, 3. 479, 13. 589, 21. 670, 22. 671, 18. 899, 21. 1071, 2.

Locis hiantibus adnumerandus est etiam 286, 26 *καὶ τότε κύκλῳ αὐτὸς ἑτέραις ἴλαις ἱππέων ἀεὶ περιήει*] *κύκλῳ* emendavit Schweigh. locis similibus collatis. *κυκλῶν* V.

366, 15 *καὶ ἦσαν οἱ μαχιμώτατοι μυρίων καὶ δισχιλίων πλείους*] Mend. coni. *μάχιμοι αὐτῶν,* sed iam refutatum est illud a. G. Zippel, Liter. Centralbl. 1880 p. 757. Cf. etiam Thuc. II 98, 3, ubi *μαχιμώτατοι* similiter exstat, nisi quod *ὁ δὲ ἄλλος ὅμιλος* opponitur, hic omnino non memoratur. 752, 21 *ἐπὶ κακῷ τε αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτὸν ἀναπειθόντων*] Mend. proposuit *κακῷ αὐτοῦ τε καὶ,* at cf. quae exempla ad 161, 13 *ὅσοι τε ἀπὸ.. καὶ* p. 69 attuli. 834, 16 *οὐ μὴν ἀηττήτου (αὐτῷ) καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ τοῦ στρατοῦ γενομένου*] (*αὐτῷ*) inseruit Mend. probabiliter, sed minime certo, cum *(αὐτῷ)* ex praecedentibus verbis: *Καῖσαρ... ἐκράτησε... καὶ ὅδε* subaudiatur. — 1139, 17 *καὶ ὁ μὲν ἐγκαταλελεῖφθαι τοῖς κινδύνοις ἔλεγε τοῖς ἐν πορθμῷ καταλαβοῦσιν*] *τοῖς ἐν (τῷ) πορθμῷ (αὐτὸν) καταλαβοῦσιν* prop. Mend. At cf. Thuc. II 54, 2 *ἦν ποτε ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικός.* Cf. II 18, 1. IV 31, 3.

Tredecim igitur hiatus ante *αὐτ(ὸς)* agnoscendi sunt omissis illis quattuor coniecturis. Simili modo res se habet p o s t *αὐτ(ο ῦ):* 73, 13. 287, 12. 365, 5. 369, 19. 399, 7. 461, 4. 548, 24. 560, 1. 888, 14; p o s t *ἑ α υ τ ο ῦ:* 992, 23 *καὶ ἐς τὸ ἑαυτοῦ οἴκημα ὑπεδέχετο.* similiter: 970, 18 *Ἄππιον. . . οἰκέτης τὴν ἑαυτοῦ ἐσθῆτα ἐνέδυσε,* sed 680, 10 *τὸν ἀδελφιδοῦν ἑαυτοῦ.* 791, 11 *Ἀντώνιον τὸν ἵπ-*

παρχον ἑαυτοῦ. 971, 22 *τῆς ἑαυτοῦ μερισάμενος ἐσθῆτος.* 1091, 25 *χωρὶς τῶν ἰδίων ἐχθρῶν ἑαυτοῦ.*

Duodecies igitur propter maiores difficultates Appianus hiatum post *αὐτ(οῦ), ἑαυτοῦ* non prohibuit. Excludendae tamen sunt septem coniecturae:

25, 11* *καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ τ ό δ ε οὐ πολὺ ὕστερον*] Mend. adn.: »*καὶ* ante *τόδε* delendum? *ἀπήντησε δὲ αὐτῷ οὗ π. ὕ.* m e l i u s Suid.« Peius. — 40, 4 *Κινέας... λέγεται πρὸς τὸν Πύρρον ἐπανελθὼν εἰπεῖν ὅτι πρὸς ὕδραν ἐστὶν αὐτ ο ῖ ς ὁ πόλεμος.*] Nauck coni. *αὐτῷ. αὐτοῖς* bene habet. — 204, 11 *ἀλλὰ καὶ μάλιστ' ἐστρατήγει λανθάνειν ὅποι*[1]) *ποτ' εἴη. ὅθεν οὐκ εἶχον αὐτῷ συνεχῶς προεπιχειρεῖν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἠ μ ύ νοντο ἐ π ιόντα.*] pro *συνεχῶς* Schw. coni. *συχνῶς*, Mend. *ε ὐ χερῶς.* Hoc certe falsum est, nam hostes non solum non facile poterant Masinissam aggredi, sed nunquam, quia latitabat. Itaque nihil relinquebatur nisi ut »arcerent adorientem.« Herwerden autem *συνεχῶς* ante *λανθάνειν* transponendum proposuit. Sed »continuo latitare« nolebat Masinissa, cum saepe aggrederetur. Magis in loco esset *συνεχῶς* post *πολέμιοι* vel post *ὅθεν.* — 670, 11 *ᾧ δυνατὴ μὲν ἔτι ἡ ἡλικία καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον, ἀμφὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν ἦσαν ἔναγχος ὑπεστρατευμένων καὶ δωρεὰς... παρ' α ὐ τ ο ῦ λαβόντων*] *(αὐτῷ) ὑπεστρ.* coni. Mend., sed et *ᾧ* et *π α ρ' α ὐ τ ο ῦ* satis rem declarant. — 828, 7 *ἱερὸς καὶ ἄσυλος, καὶ ἀπαθὴς καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι*] Mend.: »*καὶ* ante *ἕτερος* molestum.« Sed tum etiam *ἕτερος* delendum esset. — 1052, 11 *ὀφθῆναί φασιν (αὖθις) αὐτῷ...* Schw. *αὖθις* post *αὐτῷ* inseruerat, Mend. ante *αὐτῷ* recte ex Appiani more. — 1179, 23 *ὑπώπτευον αὐτὸν.... καί τινα συγγιγνώσκων ἐς αὐτὸν ὕβριν παλαιὰν πρὸ τῆς εὐεργεσίας*] pro *ἐς αὐτὸν* Mend. coni. *ἑαυτῷ ὕβρ.* Sed verbis *ἐς αὐτὸν* careri vix potest. Contra *ἑαυτῷ* non opus est. Nam cf. 431, 3 *συγγιγνώσκων δὲ τὴν ἀθεμιστίαν τοῦ πάθους* (sc. amoris erga Stratonicen sui.)

Sine ulla dubitatione ex locorum hiantium numero eximo 306, 5, ubi Mend. ex V edidit *καὶ ἦν αὐτῷ ἔργον ἐπὶ σταδίους τοῦ μετώπου πέντε καὶ εἴκοσιν* | *ἐργαζομένῳ τε ὁμοῦ καὶ μαχομένῳ*] »*τ ὸ*

---

[1]) Mend. adn.: »*ὅποι* etsi sic interdum redit, mihi suspectum.« Mutandum censuit etiam Herwerden.

ἔργον apogr. vulgo.« Mend. provocat ad Syr. 61 (p. 432, 25) *Σελεύκῳ δὲ . . . ἔργον μὲν ἐγένετο πεῖσαι τὸν υἱόν, ἔργον δ' . . . τὴν γυναῖκα.* Sed ibi articulum ne tolerari quidem posse quis nescit? Contra 121, 14 *νικήσαντι τὸ ἔργον οὐ λαμπρόν*, sicut 306, 5. Cf. Schw. III 487: »*αὐτῷ τὸ ἔ*. Sic restitui ex Aug. Atque sic emendandum vidit Reiskius.«

Iam vero 674, 21 *ἐν αὐτῇ Ἰταλίᾳ*, 865, 20 *ἅμ' αὐτῇ ἀγορᾷ* (praeced. *ἐν ἀγορᾷ*), 965, 25 *ἀντὶ αὐτοῦ Ἀντωνίου* (cf. 972, 2) hiatus nihil habent offensionis. Haec de pronomine *αὐτὸς* erant dicenda.

Multo commodius et accuratius iudicari potest de pronominali forma *οἱ*: Neque enim usquam aut ante aut post eam[1]) hiatum Appianus admisit. Eo saepius coniecturis eum inculcare voluerunt viri docti:

138, 14 *ὡς δ' ἡτοίμαστο πάντα καὶ . . .*] »Forsan *ὡς δ' οἱ ἡτοιμ.* ut alibi« Schweigh. Sed eodem modo nusquam exstat.[2]) 378, 25 *Σκιπίωνος ἐρομένου τίς δοκοίη οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι*] legitur illud quidem in editionibus post Schweighaeuserum, sed codices (praeter b, qui *δοκεῖ οἱ* habet) omittunt illud *οἱ*, eclogarius autem Pletho scripsit *αὐτῷ δοκοίη*. Hoc viam veri monstrat. Sine dubio scribendum est *τίς οἱ δοκοίη* cf. 633, 22 *ὅτι οἱ δοκοίη . .* — 493, 5 *μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων τῶν οὐ πεπολεμηκότων*] *τῶν (οἱ) οὐ π.* coni. Mend. — 615, 4 *καὶ τήνδε μὲν ὁ Σύλλας διήρπαζεν ὡς οὐκ εὐνοίᾳ προσελθοῦσαν, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης*] *προσελθοῦσάν (οἱ), ἀλλ'* coni. Mend. inutiliter, quanquam hiatus pausa excusaretur. — 667, 18 *διαφυγόντα δὲ πρὸς Σύλλαν ἐκ Μιθριδάτου καὶ συνήθη (οἱ) γενόμενον ἐψηφίσατο* (sc. Sulla) *βασιλεύειν Ἀλεξανδρέων*] *(οἱ)* Schwgh. coniecit, Mend. recepit. Sed debuit post *καὶ* inseri, ubi facilius excidere poterat. Cf. 704, 1 *καί οἱ . . ἔδωκαν* 867, 5 *καὶ οἱ . . .* (181, 20 *αὐτῷ συνήθης.*) — 674, 10 *πρὸς Μέτελλον | ἐπιπεμφθέντα ὑπὸ Σύλλα | ἀπεμάχετο γενναίως*] *ἐπιπεμφθέντα (οἱ) ὑπὸ* coni. Mend. iniuria. — 693, 21 *οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν συνόντων ἐπιφανῶν*] Mend. coni. *(οἱ) ἐπιφανῶν*, sed si illud addendum est, post *τῶν* inserendum; tamen *οἱ* ad *συνόντων* non desideratur.

---

[1]) De 550, 1 v. pg. 55., sed cf. *ἐπεί* p. 69, *-αι* pg. 78.

[2]) Cf. Thuc. III 102 *ἐπειδὴ δὲ παρεσκεύασιο πάντα*. Simili in formula *ἐπεὶ δὲ ἑτοῖμα ἦν αὐτοῖς* (227, 18) Mendelssohnii coniecturam (*πάνθ'*) *ἑτοῖμα . . .* recte refutavit Schenkl l. l. coll. Thuc. II 98. II 3. 10.

τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ. Sic unum hiatum vitavit, sed tres alii manserunt, quos effugere vix poterat.

Ante ἀπο- (ἀφ-): 21,21 . . . ἔφη δεῖν ἢ τὰ κελευόμενα ποιεῖν, ἢ μηδ' α ἷ ἀφικνεῖσθαι πρὸς αὐτόν] α ἷ est coniectura Bekkeri pro ἄ ν lectione codicum. α ἷ autem utique hiatum efficiebat, tamen αἷ θις praesto erat. Fortasse nihil aliud nisi ἄν delendum est. 224, 14 οἱ δὲ κἀκεῖθεν α ὐ τ ο ῦ τὸν νέκυν ἐξελόντες καὶ τὴν κεφαλὴν α ὐ τ ο ῦ ἀποτεμόντες περιέφερον ἐπὶ δόρατος ἀνὰ τὴν πόλιν. Moleste abundat αὐτοῦ et fortasse perperum e linea antecedenti repetitum est. — 371, 6 καὶ ἕτερα ἔθνη ἀφιστάμενα ἔτι πρὸ αὐτοῦ] Schweigh. virgulam interposuit. Ipsum autem participium praesentis ἀφιστάμενα suspectavit, quia Pletho exhiberet ἀφεστηκότα. quem tamen dubiae fidei esse recte monuit; cf. 45, 24 ἔθνη δὲ τετρακόσια. . . . τὰ μὲν ἀ φ ι σ τ ά μ ε ν α σφῶν, τὰ δὲ προεπιλαμβάνοντες, ἐκρατύναντο. ἀφιστάμενα enim idem valet atque ἄ ἀφίστατο. — 566, 5 πρῶτος ὅδε ἐν στάσει ἀπώλετο. 928, 11 νόμῳ δ' ἑτέρῳ ἀπέλυε μὴ εἶναι πολέμιον Ἀολοβέλλαν καὶ εἶναι φόνου δίκας ἐπὶ Καίσαρι. (928, 12 καὶ (τρίτῳ) εἶναι prop. Mend. improbabiliter.) 1100,16 πομποὶ ἀπεστάλησαν.

140, 26 — 141, 1 ὑπὲρ . . . ἐλευθερίας . . . κακοπαθοῦντες ἐς τοσόνδε κακοῦ] κακοῦ (ἀφιγμένοι) coni. Reiskius inutiliter« M. 157, 14 τὸ μέρος τοῦ στρατοῦ παρέδωκε τῷ Φαβίῳ] Mend. prop. ἀπέδωκε. sed defendit παρ- Schenkl (l. l.) collato usu Polybiano.

Ante ὑ π ό: 256, 21 καὶ αὐτῷ ὑποστρέφοντι ἀπὸ . . . . 845, 11 τὸν μὲν ἐπὶ Παρθυαίους πόλεμον οὐδενὶ ἔφη ὑπὸ Καίσαρος ἐπιτετράφθαι] In promptu est conicere π ρ ὸ ς, quomodo saepissime hiatum A. vitavit, sed incertum est. — 884, 23 τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατός . . . ῥαβδοφόρους προσαγαγόντες. ᾔξιουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι πολέμου τε ἡγεμονεύοντα, [καὶ] σφῶν ἀεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων.] καὶ seclusit Mend. Sed etiam sequentia verba habent quo displiceant praeter hiatum. Nam mirum sane est milites ideo propraetorem facere Octavianum, quia ipsi semper sub magistratibus militaverint. Quanquam quis talia interpolaverit? Fortasse scr. ὑπ' ἄρχουσιν ἀεί. — 905, 17 . . . οὐκ ἐσῆλθον μὲν ἐς τὸ χαράκωμα αὐτοὶ ὑπ' ἀδοξίας, ἀλλὰ παρ' αὐτὸ ἔστησαν. Brevis quaedam pausa intercedit ante ὑπ' ἀδοξίας. Sed non admodum in loco est α ὐ τ ο ῖ, cum latine vertendum sit »non intra ipsum vallum se receperunt, metu ignominiae.« — 1103, 11 εἰ τῇ

Ἀντωνίου γνώμῃ ὑπομεμενηκὼς ἴδιον τὸ ἁμάρτημα ποιοῖτο] »ἐπιμεμενηκὼς L. Dindorf in Thes. v. *ὑπομένειν*« Probabiliter.

840, 10 *στρατηγοὶ ὑπ'*] locus lacnuosus et corruptus. V. adn. crit. — 1143, 5 *ἐπεὶ τῶν λοιπῶν* (sc. XXVIII) *νεῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν*] »(*ὑπὸ*) *χειμῶνος* coni. Schw. ex C.: *ex tempestate.*« Narratur de Tauro, qui aestate anni XXXVI. a. Chr. ex CXXX Antonianis navibus duas tantum et centum ex Tarentino portu eduxerit, cum reliquarum XXVIII remiges *χειμῶνος* mortui essent. Illud *χειμῶνος* ceteri verterunt: »hieme«, sed Antonius (cf. p. 1139, 1) non ante ver anni XXXVI. Tarentum venerat; Candidus: »ex tempestate«, sed in tempestate naves solent cum remigibus perire, non remiges sine navibus. Nihil igitur videtur relinqui nisi ut morbo perierint XXVIII navium remiges. Tum autem *χειμῶνος* interpolatum est, cum vocabuli mendum difficilius expliçetur.

Iam vero considerentur hiatus qui ante *ἄν*, *ἄρα*, *οὖν* raro exstant.

Ante *ἄν*: 188, 20. 843, 23. 899, 11. v. p. 57.

Ante *ἄρα*: 945, 4 *ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν.* 977, 9 *Λεπιδοῦ γὰρ αὐτοῦ ἄρα ὡς ἀσθενοῦς ὑπερεώρα.* 1171, 19 *διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποσιῆναι.* 705, 5 *χρῆναι δ' ἑλέσθαι δυνατὸν ὁμοῦ καὶ ἤπιον, ἐνσημαινόμενοι τὸν Πομπήϊον*] Mend. »fort. (*ἄρα*) *τὸν.*« — 797, 2 *οἱ μὲν δὴ τάδε ἄρα ἐκ πολλοῦ διανοούμενοι*] Mend. prop. *ἐκ πολλοῦ ἄρα.* Tamen in 945, 4 niti non potest, cum App. inter prima sententiarum verba *ἄρα* soleat ponere.

Ante *οὖν*: 45, 3 *καὶ οἱ Βοιοὶ οὖν..*] in Celticarum rerum epitome codicis V. 98, 23 *φυγὴ οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐγίγνετο ἄτακτος.* 1139, 13 *Ὀκταβία οὖν ἐχώρει.*

Octies hiatus propter transponendi difficultates admissus est ab Appiano ante *οὔ*: 4, 10 *Ἀρμενίαν..., ἧς Ῥωμαῖοι οὐκ ἄρχουσι μὲν ἐς φόρου κομιδήν, αὐτοὶ δὲ αὐτοῖς ἀποδεικνύουσι τοὺς βασιλέας.* — (60, 1 *). — 138, 9 *ἀεὶ περιστρεφόμεναι οὔτε...οὔτε — οὔτε εἴων λαθεῖν.* Similiter ante *οὔτε — οὔτε* 431, 4. 445, 29. 863, 13: aut ante prius *οὔτε* aut ante posterius. — Reliqui loci sunt 286, 21. 503, 16. 686, 7. 905, 16. — 962, 7 *οἱ τρεῖς ἠγανάκτουν εἰ γυναῖκες...ἀνδρῶν στρατευομένων αὐταὶ οὐ δὲ χρήματα ἐσοίσουσιν*] fortasse *μηδὲ* scr. Statim enim 962, 16 rectius *προὔγραφον ἀποτιμᾶσθαι τὰ ὄντα... ἀνδρῶν πάντα... καὶ πανταεθνῆ, μηδενὸς*

Iam ad id genus hiatuum me convertam quod est ante nomina propria, quibus a poetis semper multum, ut in versum quadrarent, condonatum est, neque minus qui hiatum vitabant scriptores, indulserunt. Appianus autem circum nomina propria hiatum admisit, non solum inter coniuncta: *Μάρκου Ἀντωνίου* 60, 9. *Κλαυδίου Ἄππίου* 175, 21. *τῷ Καρχηδονίῳ Ἀννίβᾳ* 376, 18. *τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου* 417, 14. *Μαρίου Ἐγνατίου* 609, 20. (16, 25 *), sed etiam, si genetivo casu interponebantur: *Κάμιλλος ὁ τοῦ Καμίλλου υἱός* 45, 6. *τῶν τοῦ Μαρίου ὑπατειῶν* 45, 8. *ἄλλους ἐν Ἰβηρίᾳ Ἕλληνες* 66, 19. *ὁ Μασσανάσσου υἱωνός* 136, 1. *οἱ δὲ τοῦ Ἀννίβου ἐχθροί* 377, 20. *ὁ Μιθριδάτου υἱός* 474,7 v.486, 19. 499, 14. 578, 2. 647, 18. 774, 18. 861, 16. 913, 23. 1021, 15. 1061, 16. 1077, 10. (16, 13. * 37, 28. *)

Pausa autem excusantur, quamvis minuta: 201, 24 *Καρχηδόνιοι δὲ ταῦτα πυνθανόμενοι | Ἀσδρούβαν μὲν ἐξέπεμπον*. 252, 12 *ἡγοῦντο... τῶν μὲν..., τῶν δὲ αἱρουμένων τὰ Μασσανάσσου Ἀννίβας ὁ...* 456, 14 *συμμαχικὰ δὲ ἦγον αὐτῷ Ἀρκαδίας μὲν...* 799, 3 *καὶ ἡ γυνὴ Καλπουρνία | ἐνύπνιον... ἰδοῦσα* — 847, 4. 914, 18. 1122, 7. 1158, 7. —

Reliqui circum nomina propria hiatus exstant (15, 3.* 15, 19.* 16, 21.* 17, 20.* 19, 14.* 23, 24.* 28, 17*. 59, 7.*) 72, 16. 202, 27. 386, 24. 541, 8. 609, 20. 614, 10 626, 1. 711, 4. 846, 25. 859, 6. 886, 24. 1005, 12. 1010, 9. 1062, 9. 1063, 23. 1056, 6 (loc. corr.) 1082, 24. 1113, 8.

473, 25. Mend. prop. nomen *Ἀρχέλαος* ex l. 26 post *πέμψοι* collocandum, sed sic inuria. — 784, 17....*ἐν Ἰτύκῃ καταλαβών ...τῶν δὲ τριακοσίων ὅσους ηὗρε διέφθειρεν.*] Mend. propos. *ἐν Ἰτύκῃ* ante *ηὗρε* colloc. inutiliter.

Iam vero si nomini proprio a vocali incipienti saepius hiatus venia est, tolerari etiam potest qui articulo *ὁ* praefixo interdum exsistit hiatus. (15, 17.*) 396, 10 *ἐπεὶ δ' ὁ Σέλευκος... καμνόντων ἤδη τῶν ἱππέων ...ἐπανῄει, τοῖς τελευταίοις αὐτοῦ ὁ Λιοφάνης ἐπιθέμενος καὶ*] »*αὐτῶν* legit C.« apte. — 489, 19 *ἀγνοῶν δ' ὅπῃ ὁ Λεύκολλος εἴη*. 669, 6 *οὔτε τοὺς οἰκοι ὁ Σύλλας οὔτε τοὺς φεύγοντας καταπλαγείς*] *ὁ* V. i. om. A, vulgo.

183, 13 *ἄ μοι δοκεῖ προϊδὼν πάλιν ὁ Βλάτιος ψιθυρῶς ἐντυχεῖν τῷ Λασίῳ*] »*πάλαι* coni. Beroaldus, haud improbabiliter.« Tamen *πάλιν* defendi potest, quia primum Blatius cum Dasio collocutus est 182, 15; iterum (*πάλιν*) 182, 26 — 183, 2. — 840, 16 *τούτοις... ὁ Ἀμάτιος...καὶ ἐνεδρεύσειν ἐλέγετο. τᾷδε οὖν τῷ*

λόγῳ τῆς ἐνέδρας ὁ Ἀντώνιος ἐπιβαίνων κτείνει τὸν Ἀμάτιον.] *τῆς ἐνέδρας* del. prop. Mend. non recte.

Adnumerentur alii ante articulum hiatus quattuor: 34, 16 *ἐγκαλῶν ὅτι αὐτοῦ ὁ πατὴρ ἐν Τυρρηνίᾳ πολεμῶν . . . ἀιῄρητο.* 119, 10 *ᾗ δὴ καὶ τότε ἔϑει οἱ περὶ τὸν . . .* 745, 27 *στρατιὰν ἐκ Συρίας ἦγε Πομπηίῳ ὁ κηδεστής*] fortasse tamen *Σκιπίων* excidit, cf. 760, 17 *Πομπηίῳ μὲν ὁ κηδεστὴς Σκιπίων.* — 977, 3 *ἦρξαν γὰρ τὴν ὁμώνυμον ἀρχὴν ἐν ἄστει οἱ δύο ὁμοῦ.*

Postremo agatur de vocabulis numeralibus: Vitavit hiatus Appianus: 42, 23 *ἔτει τρίτῳ.* 53, 14 *τρίτῃ μόλις ἡμέρᾳ.* 72, 18 *ἐκκαιδεκάτῳ μόλις ἔτει.* 81, 18 *ἑπτακισμύριοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς πεντακισχίλιοι,* eodem modo 538, 4. 735, 2. Admisit: 112, 3 *ἐς ὀκτὼ ἔτη* (cod. V. *τρία* v. adn.). 361, 3 *ἔτεσί που ἀγχοῦ εἴκοσιν,* 437, 19 *ἐβασίλευσε δὲ ἔτη ἑπτὰ καὶ τριάκοντα.* 488, 7 *ἀπώλοντο μὲν ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους καὶ τούτων ἦσαν οἱ μύριοι ἱππεῖς μάλιστα . . . οἱ πεζοὶ δὲ . . . συνέφυγον.*] *οἱ μὲν ἦσαν ἱππεῖς* i. »quorum maior pars equites fuere« C. Cf. Thuc. II 98, 3 *καὶ τούτου τὸ μὲν πλέον πεζὸν ἦν, τριτημόριον δὲ μάλιστα ἱππικόν.* Fortasse verborum genuina collocatio haec est: *οἱ μύριοι μάλιστα ἱππεῖς ἦσαν.* — 554, 2 *ὀκτὼ ἢ ἐννέα.* 560, 5 *νῆες ἑάλωσαν χαλκέμβολοι ὀκτακόσιαι*] in catalogo exstant. 1101, 11 *ἐνὶ τῷδε ἔργῳ ἕνδεκα τέλη.*

Tot tantisque hiatuum classibus enumeratis atque tractatis pauci pro ceterorum multitudine etiam nunc restant, quos in genera disponere iam non visum est aptum, praesertim cum multi eorum aut mala codicum fide aut coniecturis niterentur. Hos igitur nunc ita in conspectu ponam, ut post quam quisque vocalem longam diphthongumve hiatus invenitur, eius sub titulo praebeam.

Post *α*: 650, 16 *Μέτελλος ἐνίκα ἕτερον Κάρβωνος στρατόν.* 1063, 13 *ἡ περὶ ἅπαντα ἐώς ἐπιμέλεια ἀϑρόα ἠμβλύνετο.* — Praeterea sexies (7, 23. 56, 11. 113, 20. 434, 10. 506, 6. 666, 9) *βασιλέα ἱππέα* similia ante vocalem inveniuntur. Sed productio vocalis *α* in *-έα* terminatione etiam a poetis saepe neglecta est. *-ᾳ*: 521, 9 *Λεύκολλον ἐλπίσας ἐπὶ τοσῇδε ἱππέων ἀπολείᾳ | αὐτίκα οἱ προσπεσεῖσθαι.* 705, 13 *καὶ τὴν ἀσυνταξίαν τῆς πολιτείας καὶ ἀναρχίαν ἐπὶ τῇ ἀσυνταξίᾳ | ἐκὼν ὑπερεώρα.* 986, 22 *τῇ δὲ ἑξῆς ναυμαχίᾳ ἡσσᾶτο ὁ Λολοβέλλας.* 1024, 21 *πρὸς δὲ τῇ μεσημβρίᾳ ἕλος ἐστίν.* 1135, 5 *Μηνόδωρος ἐς τὸ πελαγιώτερον ἀνήχϑη* (sc. propter tempestatem) *καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν διεσάλευεν· ἀσϑενέστερον δὲ ἔχων τὸ κῦμα διὰ τὸν*

βυθόν, εἰρεσίᾳ ὅμως καὶ πρὸς τόδε ἐνίστατο καρτερᾷ μὴ παραφέρεσθαι.] ὅμως mihi non videtur in loco esse, sed fortasse *συντόνως*, cf. 553, 8 *καίτοι συντόνως ἐξεπίτηδες βαδίζοντος*. 749, 16 *ἑπτὰ συντόνως ἡμέραις ὁδεύσας*. Itaque enuntiatum *εἰρεσίᾳ συντόνως . . καρτερᾷ* nihil mirae habet collocationis. Praeterea (*τοῦ*) *μὴ* coni. Mend. at v. pg. 4 adn. 4. —

Post *αι*: Primum de terminatione verbali *-αι* dicendum est. Quam illis temporibus iam non pro plena diphthongo valuisse cum alia sunt indicia, tum quod Philodemus eam ante vocalem apostropho elidere solitus est secundum fidem voluminum Herculanensium. Appianus autem multo saepius post *-αι* terminationem infinitivi quam indicativi aut coniunctivi admisit hiatum.

-αι inf.: *πέμψαι οἱ* 115, 22. Eodem modo ante *οἷ*: 375, 25. 422, 25. 498, 7. 498, 17. 546, 6. 580, 22. 695, 3. 864, 17. 901, 9. 915, 7. 979, 14. 985, 3; ante *ἵφη* 698, 4. — *ἐπί, ἔτι, ἐς*, 67, 25. 224, 8. 379, 6. 759, 22. 842, 2. — augm. syll. 958, 15. — *αὐτ(ός)* 61, 16. 826, 9. 863, 21. — *ἑαυτοῖς* 356, 15. — *Ἐφέσῳ* 863, 17. *Ἀντώνιον* 1172, 9. — *ἀνδράσιν* 1041, 3.

168, 10 *μέλλοντα πλεῖν ἐς Σικελίαν*] Mend. malit *πλευσεῖσθαι*, sed praesens tempus post *μέλλειν* apud Appianum non sollicitandum esse exposuit Loesch, Phil. Anz. 1884 p. 521. 657, 5 *θάνατος . . πέντε μυριάδων ἐδόκει γενέσθαι παρ' ἀμφοτέρων*] *παρ'* Mend. prop. delendum, sed cf. 288, 20 *φόνος ἦν πολὺς ἑξ ἑκατέρων*.

-αι ind. s. coni. 13, 9 *ἡ δ' ἐξῆς τὰ ἐς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν* (sc. *δηλοῖ*) *χωρίς γε τῆς παρὰ τὸν κόλπον τὸν Ἰόνιον· ἐς δὲ σύγκρισιν τῆς προτέρας ἥδε λέγεται ἡ ἐξῆς Ῥωμαϊκῶν Ἰταλική*. Alterum illud *ἡ ἐξῆς* videtur glossema esse. Sed confirmari nihil potest, cum Appianus saepe sit verbosior. De tertio libro dicit 13, 14 *καὶ ἔστιν ἥδε τῶν προτέρων ἐς σύγκρισιν Ῥωμαϊκῶν Σαυνιτική*. — 22, 17 *τό τε ἀδίκημα ἰῶνται ἀμνηστίᾳ τε καὶ καθόδῳ*. 160, 17 *ὑπάτους τε αἱροῦνται ἐκ μὲν . . ἐκ δὲ*. 685, 12 *τιτρώσκεται ἐς τὸν μηρὸν ὁ Σπάρτακος δορατίῳ*. v. adn. crit. 1007, 24 *ἵνα μὴ ἐν μέσῳ γένηται Ἀντωνίου τε καὶ Καίσαρος*. 1172, 13 *ὧδε δὲ ἔχοντι ἀγγέλλεται Ἀντώνιος Ἀσίαν ἐπιδραμών*. Ne hos quidem hiatus pro concessis Appianum habuisse eo cognoscitur quod et rari sunt et difficiles ad vitandum. De aliis post *-αι* hiatibus nihil iam est dicendum nisi quod *συμβολαὶ* (*ἐσβολαί*) *τε ἐς τὴν ἀλλήλων* p. 19, 21 in Suidae lemmate ex Bekkeri coniectura editur.

Post *αὐ*: De 12, 11 [*αὖ*] v. p. 6 adn. 1.

627, 10 *δυσχεράνας δ' ὅμως εὐθὺς ἦρχεν αὐτῶν*] Schweigh. coni. (*αὖ*) *ἦρχεν*. Mend. malit *εὐθὺς* (*αὖθις*) *ἦρχεν*. Neutrum placet.

Post *η*: 157, 18 *οὐκ ὢν εὐχερὴς οὐδ' οὗτος ἐς μάχας μᾶλλον τόλμῃ ἢ τέχνῃ χρῆσθαι*] »ἢ μ. τόλμῃ τέχνῃ V, corr. Steph. *τόλμῃ μ ᾶ λ λ ο ν ἢ τέχνῃ* malebat Schweigh.« atque hoc utique reponendum est, cf. 194, 16 *οὐκ ἐπ' εὐνοίᾳ μ ᾶ λ λ ο ν ἢ χρείᾳ χρώμενος*. 272, 18 *πεισθῆναι μᾶλλον ἢ βιασθῆναι*. 273, 17 *ναῦς τις εἶναι μᾶλλον ἢ γῆ*. 274, 25 *οὐ λόγῳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ*. cf 458, 10. 463, 1. 879, 21. — 164, 7 (*κραυγῇ*) *ἁπλέτῳ καὶ βαρβαρικῇ* add. Steph. de coni., editores receperunt, sed p o s t *ἁπλέτῳ* collocandum est, cf. *τραχείας ἀτραποῦ καὶ στενῆς*. v. p. 55. — 326, 18 *συμβάντος δ' ἐς ταῦτα τοῦ Ἀννίβου καὶ ἐπὶ τῇ συνθήκῃ ὁμόσαντος...*] exc. de leg. — 351, 4 *ἐπὶ παιδίῳ σμικρῷ. Πίννῃ ὄνομα, ἀποθνήσκει* (cf. frequens illud *ᾧ ὄνομα...*). 384, 13 *περὶ τῆς Ἰταλίας ἐδείμαινον μὴ οὐδ' αὐτὴ σφίσιν ᾖ πιστὴ ἢ βέβαιος ἐπ' Ἀντιόχῳ*] male sonat, tamen in pausa tolerari posset, si modo codices haberent. Sed ibi est *πιστὸς* quod in *πιστὴ* mutavit Musgr. Post *αὐτὴ* mirus sane esset lapsus calami *πιστός*. Relinquitur ut aut feminini vice fungatur, cuius usus nihil apud Appianum invenitur, aut a male sedulo interpolatum sit, cum decem ante versibus legatur *μὴ οὐ πιστοὶ σφίσιν ὦσιν ἐπὶ ταῖς συνθήκαις*. Solum *μὴ οὐ βέβαιος* invenitur 483, 24, 549, 24; (utrumque 655, 8 *οὐδένα ἔτι πιστὸν οὐδὲ βέβαιον*). — 792, 17 *ἥ τε τῶν δημάρχων ἀρχὴ ἱερὰ καὶ ἄσυλος ἦν ἐκ παλαιοῦ*. 1172, 9 *τὸ συμβὰν ἡ φήμη ὁμοίως μετέφερεν*] »recte haesit Musgr., an *μειζόνως μετέφερεν*? cf. 521, 6« Mend. C.: *latius*. Medela incerta.

1046, 19 *ὁ δὲ Ἀντώνιος πάντα ἦν καὶ πᾶσιν ἐνέπιπτε*] *πάντη ἦν* ex C. coni. Herwerden nimis Candido fisus. — 1060, 14 *εἰ χρὴ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον εἰπεῖν. ἀναστήσων τὴν Ἰταλίαν*] Mend. coni. (*ἢ*) *εἰ χρὴ ἁπλῶς λόγῳ*: iniuria.

Post *ει*: 178, 19 *εἴτε θεοῦ παράγοντος αὐτὸν ἀεὶ ὡς καὶ τότε*] Bekk. coni. *ὡς ἀεὶ καὶ τότε* probabiliter, quanquam ille hiatus quadam pausa intercedente excusatur. — 320, 16 *οἱ δ' ἐν ἄστει ὡσαύτως*] loc. corrupt. v. adn. crit. —

547, 19 *κτείνει* (*ἕνα*) *τῶν υἱέων Ξιφάρην* coni. Musgr. supervac. — 721, 10 *τὸν Πομπήιον οὐκ εἴων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐμπειροπολέμως εὐσταθεῖν*] Mend. prop. *ἐν τῇ πόλ ε ι εὐσταθεῖν*. — 847, 11 *ἦ καὶ τοῦδε εἶεν*] verba corrupta. (*ἐν δέει*) *εἶεν* coni. Schw.

Post *ε υ*: *εὖ εἰδώς, εὖ οἶδα* 220, 10. 846, 7. 1086, 3.

Post *ο ι*: 467, 24 *ὧν γε καὶ νῦν πολλοὶ ἰδιωτεούντες καὶ...* 867, 14 *ταῦτα οἱ ταξίαρχοι ἀσπασάμενοι συνῆγον ἀμφοτέρους.* 802, 19 *ὡπλισμένοι ἔωθεν ὡς ἐπὶ δή τινα θέας ἐπίδειξιν.*[1]) 928, 5 *καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς*] Mend.: »...mihi totum enuntiatum dubium.« »exspectabas *ἐνθένδε οἱ θετοὶ*« idem.[1]) — 18, 9.

Post *ου* 223, 12 *τὰ γὰρ πρότερα τοῦ δήμου καὶ τῶν ἀνοητοτέρων τοῦ δήμου ἁμαρτήματα γενέσθαι*] *τοῦ δήμου καὶ* suspectavit Nauck, sed delendum est alterum illud *τοῦ δήμου* ante *ἁμαρτήματα*. praesertim cum in exc. Const. omittatur. 279, 26 *εἰργάζοντο δὲ ὁμοῦ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες ἡμέρας τε καὶ νυκτός.* 285, 16 *σκάφας φρυγάνων καὶ στυππίου εἶλκον ὑπὸ τοῖς τείχεσιν*] »*ἐμπιμπλάντες* vel *ἐμπρήσαντες* post *στυππίου* desiderabat Schw.«, aut *μεστὰς* aut aliud excidit. 515, 1 *καὶ τὰ νεκρὰ σφῶν ἀγχοῦ ἄταφα ῥιπτούμενα λοιμὸν ἐπῆγεν ἐπὶ τῷ λιμῷ.* 661, 21 *δύναται δὲ τοῦ »αἰσίου« καὶ »ἐπαφροδίτου« ἀγχοτάτω μάλιστα εἶναι τὸ ὄνομα.*] Vocabulum *ἐπαφροδίτου* ab *ἀγχοτάτω* pausa sciunctum est. Enuntiatum non corruptum est, id quod Mend. putabat.

163, 1 *ἐργων ἔχονται* recte traditum est, v. pg. 54. — 372, 1 *οὐδὲν ἐλλείπων ἐς ταχείαν ἐπιτειχίσματος ὁρμήν*] Mend. coni. *ἐπιτειχισμοῦ* improbabiliter. 523, 3 (*τούτου*) *ἀνδριάς τις σεβάσμιος* coni. Reiske, falso. — 575, 8 *καὶ τοῖς δημοσίοις εὐνούστερος ὁ κοινωνός*] v. adn. crit. *τοῦ δημοσίου* coni. Nitzsch, (*ξένου*) *εὐν.* Mend. Sed tradita ferri possunt. 648, 2 *τόδε οὐ στρατηγοῦ παθεῖν*] »*στρατηγοῦ* (*ἄξιον*) coni. Musgr. inutiliter, 798, 25 *αἱρουμένων δ' ἕτερα ἑτέρων*] *ἑτέρου ἕτερον* coni. Nauck inutiliter. 949, 15 *καὶ πλείονς ὀψόμενοι συνέθεον ἢ ἀκροώμενοι*] Mend.: »exspectabas *ἢ πρὸ τοῦ ἀκροασόμενοι,*« sed illud neglegenter tantum dictum est. 1068, 5 in lacuna parva explenda Mend. coni. (... *στρατοῦ εὔνοιαν*). — 1123, 7 *τοσῶνδε οὕτως ἐπιφανῶν ἐξ ἀέλπτου περισεσωσμένων*] Mend. coni. ex C.: *τοσ. ἐξ ἀέλπτου οὕτω περισ.*, sed tum deberet scribi *τοσ. ἐπιφ. οὕτως ἐξ ἀέλπτου περισεσ.* Tamen Candido auctore non est causa mutandi.

Post *ω*: 46, 5 *χρόνῳ ἔμπροσθεν*] in Celt. epitome codicis V. — 336, 11 *ὅτι πρὸς πολλῶν ὀξέως ἐν ὀλίγῳ ἀγαπᾶτο.* 551, 26...

---

[1]) Quo loco defenditur 681, 16 *περὶ ἐλευθερίας μᾶλλον ἢ θέας ἐπιδείξεως*] Mend. adn. »alteram utrum delendum?« Cf. etiam 918, 19.

πρῶτοι μὲν ἅμα ἕῳ ἠλάλαξαν οἱ αὐτόμολοι...] fort. *ἅμα ἕῳ πρῶτοι μὲν ἠλ.* — 664, 5 *τυραννὶς... μὲν γὰρ καὶ πάλαι, ὀλίγῳ χρόνῳ ὁριζομένη*]. Valde arridet Mendelssohnii coniectura *ὀλίγῳ χρόνῳ* (δ') *ὁριζομένη*. — 903, 24 *οἱ πολέμιοι, τῇ διόδῳ εἰργόμενοι μὴ γιγνώσκειν τὰ ἀλλήλων...* 1159, 23 *νῆες ἑκατέρῳ ἰδίᾳ παρεσκευάζοντο*] *ἑκατέρῳ* i. *ἑκατέρων* A V. *ἰδίᾳ* om. b. Tamen hiatus agnoscendus est.

10, 24 *ἀλλὰ πάντα ἐς τοὺς ἐπιγόνους αὐτῶν συνετρίφθη, φθαρέντων ἐς ἀλλήλους· ᾧ μόνως ἀρχαὶ μεγάλαι καταλύονται, στασιάσασαι*] Mend. totum enuntiatum diffinxit sic: *ἐπὶ τῶν ἐπιγόνων αὐτ. συνετρ. στασιασάντων ἐς ἀλλήλους· ᾧ* (δὴ) *μόνῳ ἀρχαὶ μεγάλαι καταλύονται.* Sed verba tradita iam Schw. recte mihi videtur defendisse III 126. Cf. *ἐς ἀλλήλους συντρίβεσθαι* 910, 16. *φθείρεσθαι ἐς ὀλιγανδρίαν* 573, 6. *ὧδε γὰρ μόνως ἐδύνατο* 387, 19. *Μόνως* pro *μόνῳ* Appianum, ut hiatum gravem vitaret, scripsisse nuper etiam Kaibel in Herm. XX p. 503 affirmavit. Reliqua autem sic mutanda esse censuit ... *ἐς τοὺς ἐπιγ. αὐτ.* (*περιγενόμενα*) *συνετρίφθη* [*φθαρέντα*], *ἐς ἀλλήλους .. στασιάσαντα ς.* — 161, 8 *γεγυμνασμένῳ πολέμοις καὶ εὐτυχίαις ἀνδρί*] Schw. coni. (*ἐπαιρομένῳ*) *εὐτυχίαις.* — 955, 2 *κτείνει τὸν λοχαγὸν ἐμπεσὼν ἄφνω· μετὰ δὲ ἐκεῖνον ἑαυτὸν ἐπαναιρῶν..*] Mend. coni. *ἐκείνῳ*. Perperam. Cf. 165, 7. 88, 1.

Reliquum est ut pauca de eis hiatibus dicantur qui in fragmentis (ed. Mend. p. 1183—1189) occurrunt. Inter quae cum de ceteris quae aut lemmata aut glossae sunt, iudicari non possit, unum invenitur maius, quod primus M. Treu ex codice Parisino miscellaneo a. 1880 Ohlaviae edidit. Sunt enim excerpta anonymi Byzantini ex Appiano atque multo fideliora et accuratiora quam Photiana. (Pg. 1183, 3 – 1185, 15 cf. 1187,22—1189,4. Phot. exc. pg. 15—16 Mend.) Tamen ne hunc quidem Appiani verba recto ordine servasse cognoscitur ex magno numero hiatuum. Exstant enim graviores hiatus pg. 1183, 11. 12. (13.) 16 II. 17 II. 1184, 11. 12. 14 II + (II). 16. 1185, 1. 3. Quodsi haec eiusmodi sunt, multo minorem esse fidem Photianis excerptis habendam apparet, si verba ipsius auctoris requirantur.

Enumeravi omnes quotquot in Appiani libris inveni hiatus, et in genera digessi et quae ad eos excusandos valere viderentur, exposui. Sed denuo affirmaverim, ut faciliorem hiatuum conspectum redderem, me illas hiatuum classes constituisse, non quod putarem ideo quod in classes dispositi essent, legitimos eos esse factos, aut Appianum ipsum credidisse, qui eiusmodi hiatus essent, eos admittere

sibi utique licere. Quod profecto absurdum esset, quoniam nulli omnino hiatus excogitari possunt, quin in illud classium schema facile distribuantur. Multa autem testimonia attuli quibus probaretur Appianum hiatus omnino vitare studuisse non solum graviores, sed etiam leviores velut ante praepositionem ἐπί. Atque ipsum illud quod frequentissima illa praepositio non plus vicies in plus mille centum paginis post longam vocalem occurrit, eius rei documentum est. Sed quo constantior in hiatu vitando Appianus fuit, si facile poterat, eo neglegentiorem se praebuit, si paullo maiores difficultates orerentur. Quae inconstantia sic mihi videtur esse explicanda ut dicamus eum si inter scribendum prioribus alicuius enuntiati verbis iam exaratis sentiret pergere se non posse quin propter necessitatem certae cuiusdam structurae hiatum admitteret, non delevisse priora verba, ut totum enuntiatum diffingeret, sed eos hiatus admisisse quos iam non posset facile vitare. [1])

Severius de coniecturis iudicandum esse existimavi, quanquam multum aberat, ut ideo quod aliqua coniectura hiatus in verborum contextum inculcaretur, statim eam arcendam esse dicerem. Sed semper quaesivi, num ipsa coniectura necessaria esset, quod saepissime testimoniis ex Appiani libris aut aliis petitis negandum esse demonstravi, si autem corruptela agnoscenda erat, num sine hiatus vitio sanari posset. Itaque hanc legem arti criticae in Appiani libris exercendae constituendam esse arbitror, ut inter codicum lectiones pretio pares eae eligantur quae hiatu careant; ut ei hiatus qui consensu librorum traditi sunt, nisi alias ob causas suspectandi sunt, tolerentur exceptis eis qui facili mutatione tolli possint, ut librariorum incuria orti; ut coniecturae, si necessariae sunt, quoad eius fieri potest, hiatu privae proponantur.

Ad ipsius autem Appiani sophistae indolem atque artem rectius aestimandam et Herodoti imitandi et hiatus vitandi studio comprobato [2]) num aliquid contulerim, penes alios iudicium esto.

---

[1]) Qua re concessa nequis putet simul everti totam illam hiatus vitandi legem, liceat mihi provocare ad verba Guilelmi Scherer, qui in commentationibus Mommsenianis postquam pgg. 213 sqq. disputavit »Über den Hiatus in der neueren deutschen Metrik «, pg. 225 haec dixit: »Es zeigt sich hier, was man dort (sc. in veterum linguarum philologia) zuweilen vergisst, dass ein Autor Regeln anerkennen mag, ohne sie überall zu befolgen...«

[2]) Plagulas cum denuo perlegerem, haec menda typogr. inveni: P. 7, 5. 9, 31. 16, 2 al. legas ἑ; 25, 35 εἶδε; 50, 8 locos; 52, 8 ante; 59, 22 retinendum.

Vita.

Arthurus Zerdik Pomeranus Gollnoviae a. d. V. Kal. Iun. MDCCCLXI natus sum patre Ioanne, matre Bertha e gente Kretschmer quos adhuc vivos veneror. Fidem profiteor evangelicam. Bielefeldae Guestphalorum in schola quam pater regebat urbana primis litterarum elementis imbutus puer novem annorum gymnasium Bielefeldense intravi. Sed anno post patre Neomonasterium Holsatorum vocato, ut scholam qu. v. realem institueret regeretque, illam quattuor annos frequentavi, donec auctumno anni h. s. LXXV in Scholam Portensem ut reciperer mihi contigit. Atque sex annos eius alumnus Guilelmo Herbst †, Diderico Volkmann rectoribus fui neque Almae Matris Portensis grata memoria unquam mihi exstinguetur, praesertim cum Theodori Pluess, nunc Basileensis, disciplina tutelaque usus sim, qui vir humanissimus perpetua benevolentia in animo meo excolendo et ad optima quaeque excitando occupatus sempiterna gratia me sibi devinxit. Sexennio absoluto academiam Kiliensem adii, ut studiis graecis, latinis, theodiscis me darem, eiusque civis mansi, nisi quod post aestatem anni LXXXIII Berolinum in annum migravi. Docuerunt me VV. DD. Blass, Bruns, Erdmann, Foerster, Forchhammer, Glogau, Krohn, Leo, Th. Moebius, Pfeiffer, Pietsch, Pischel, F. Vogt Kilienses; Kiepert, Robert, Roediger, Treitschke, Vahlen, Zeller Berolinenses. Atque duo semenstria proseminarii, quattuor seminarii philologici sodalis ordinarius, postremo senior fui Forchhammero, Foerstero, Blassio rectoribus. Praeterea interfui exercitationibus quas instituerunt philologicas Blass, Leo, Vahlen; archaeologicas Robert; theodiscas Moebius, Pietsch, Roediger, Scherer, Vogt; de philosophia Glogau, Krohn. Qui vero per omnes annos academicos antiquitatis mea studia insigni favore prosecuti sunt et adiuverunt, sunt Fridericus Blass, Richardus Foerster, Fridericus Leo, nunc Rostochiensis. E quibus Foerstero etiam illud debeo quod, cum inter varias multiplicesque philologiae litteras incertus vagarer, in his Appiani studiis me detinuit atque eis incumbenti liberalissime neque consilio neque opera unquam mihi defuit. Omnibus igitur his qui me docuerunt viris gratias ago maximas semperque me habiturum esse profiteor.

Sententiae Controversae.

I.

Euripidis Cresphontem anno 429 a. Chr. actam esse. (Cf. h. diss. pg. 45 adn.)

II.

Catullum carmen IL. consulto ambigue composuisse.

III.

Carmina Pseudospervogeliana vetustiora (MSF. 25, 13 sqq.) a Simrockio probabiliter Hergero cuidam attributa esse.

IV.

Lingua medii aevi germanica, cuius studium in mediis scholarum classibus iure nuper sublatum est, ut in prima quidem classe doceatur optandum esse.

3 2044 014 189 021